ficam in ꝓfundiora ſolida planta mittit
Sic medulla cariſſima in oſſibus latuit·
et viſus gemmaȝ grandineam/ deus ſub
ſeptem tunicarum emiſperijs collocauit
Nimirum os ſapientum in cordibus eoꝝ
qm̄ hoc quidem eis nimis cariſſimuȝ. vt
ſic celatum foret et a corde poſſeſſum in
archa vite depoſitum abſcõderetur Sed
cor ſtultorum in ore ipſorum·quia os in
eis cordis tenet dominiũ·et apertuȝ pec
tus habentes ꝑpendentes cor/ leui au
ra hoc leuiꝰ euomũt q̄ obrẽ citiſſime pi
nit·qm̄ pro nichilo vite venam effũdit
Quibus diligenter notatis illa ſic docta
receſſit·

Omnem aduerſitatem vt vincas·pa=
cientie vall et te magnanimitas·

De grano et lapide Ca·xxi·

Frumenti granum proiectum in

terra et mortuum. cum iuxta ſiccum lapi
dem pullulaſſet. hic admiratus ita fertͣ
ei dixiſſe Unde tibi contrito et mortuo
ſpiritus germinandi. cum ego dum con
teror. ego perditum. ſi ſum in aqua pro
funda Cui granum reſpõdit Hoc michi
cariſſime virtutis ex granditate contin
git. q̃ fit vt paſſio mea ſit actio. et dum
morior reuiuiſco Rerum enim in virtute
maximarum. tunc magis intenditur vali
tudo. cum earum conteritur aut moritur
corporea magnitudo Nimirũ fenix mor
tua generat. et cinamomi aromatica ſpe
cies trita fortiſſime plus inflammat. At
vero in quibus minus preualet virtus
res ex huiuſmodi confunditur Precioſi
tatem nãq3 dracõtidis perdit draco. cũ
eo ſi moritur. et magnes non attrahit ſi
teratur Se infirmum menbrũ ſine dolore
tangi non patitur. et ſanum cum tange=
tur delectatur Non audiſti. qꝫ virtuoſus
cum ex aduerſis conteritur. tunc magna
mnior inuenitur In calamitate ſiquidez
ſumit per amplius ſpiritum. et triũpha
tiua ratio tunc vehementius roboratur
Quippe ſi flagellatur iuſte ab eo quem

olim offendit· grates agit equanimiter tollerādo fortiſſime· emendat potent̄ qđ egerat molliter· peruerſum turpiter or-dinatum decorat· ac offenſaz iuſticie pa cientia recōpenſat Sic virtutem lapſam virtutis fortitudine reparat· et malum bono reformat Veruz ſi iniuſte patitur tunc non ſolum paciendo magnanimiter agit. ſed mirabiliter triūphando paſſus conuictus cōuincit· quia bonū ſuum ina miſſibiliter virtute ſalua poſſidet In ma lis enim non vinci. victoria eſt virtutis Nemo autē vincitur. niſi cui ſuum verū bonum eripitur Totum autē bonū mag nanimi in vtute ſua cōſiſtit· ea nāqz ſibi ſufficiens eſt ac excellēs· ipſaqz gaudēs vnde virtute ſalua· nulla euz denudat fo ris ꝑuatio· nulla inhoneſtat cōfuſio· nul la tunc meſtificat ſenſus afflictio Nōne ſanctus Iob vtute diues· tempaliū non eſt depauperatus inopia· et tam excelles Ioſeph· non eſt dehoneſtatus infamia. Eadēqz gaudēs Tobias. cecitatis quidē non eſt deſolat⁹ ex tenebra Si paciēs igi tur fueris· ꝙ̄tumcūqz te fōis impugnat aduerſitas· non cōfundit· quia in miſeria

magnanimitatis ſi tantũ clipeus affuit paſſus victor ſemp mãſit Sic igitur amico ſuo conquerenti. ſocrates paſſe mentis medic9 fuit Quiſq̃s vult dicat aut faciat tibi iniuriam. tu tamen nichil pacieris. ſi tantũ tecũ ſit virtus magnanimitatis Quinymo prudens magnanimus in aduerſitatibꝫ gloriať. quia in infirmitate virtus non ſolũ perficiť. ymo venenũ veneno condiť Anthicon lignuz incendio expurgať. et electũ aurũ in camino rutilat aꝓbatũ In adũſitate igiť dumtaxat impaciẽs vinciť. et in ea ſapiẽs magnanimitate munit9. aut quidẽ corrigiť. aut medicamine ꝑſeruatur. aut coronať examine Quibus diffinitis conticuit ꝛc.

Magis ſemp partẽ miſericordie teneas

De vrſo et columba Ca. xxij.

Urſi catulum in captũ agriculuz ſeuientẽ. deſuper colũba ꝓſpiciens inquit Vt quid tam in miſerum ſeuis Cui ille Si generationem cõplexionemq̃ꝫ et meum morem attenderes. tu tibi reſponderes Nimirũ vrſi ſum

filius. vrſum me fore phiſonomia oſten dit Vrſi nunc imitor morē Tunc illa ſub iunxit Linque corruptam generacōnem vince fellicam cōplexionem. depone feri tum morem Nāqꝫ deus clemēs. creauit te. naturaqꝫ pia nutrit te. plana eſt ter=ra ſuſtentans te. dulci ſāguine viuis. a=mica menbrorum cōpagine ſiſtis. et hu morum tuorū pacis federe ſolidaris. Re uera totus ordo nature ad pietatem te trahit Celeſtia enim ac terreſtria regu la tantū bonitatis agunt vt viuas. quip pe non emis viuificum motum celi. lu=men conſeruatiuum ſolis. flatum aeris non exuberantis impetum fluminis qui bus viuis Vnde queſo tibi hec omīa. niſi ex ſola nature clementia Igitur derelin que furorem. mitiga rabiem. quieſce ſe uire. et te ad imitandum communem pie tatem conuerte At hec illa parū emol litus reſpondit Nempe que ſapienter hortaris hec agerem. ſi bene domantem omnia rationem haberem Mox illa. Be ne inquit dixiſti. qm̄ omis crudelis aſpe ritas. ex feritate beſtialis mētis aſſurgit Exaſperatuꝫ enim mare perfunditur te

nebra· et planatum aurum politura ruti
lantius micat Sic lux ſapientie. mãſuete
lenitatis eſt ſocia et pietatis plenissime
ſemper amica Sed perturbata mẽte ira
eſt nubila· et inſipientia obſcura crudeli
tas Sapiens ergo ratione preclara· ma
la omnia vincens paſſus offenſam mag
nanimitatis potẽtia ſpernit· beneficencia
liberalitatis remittit· nec amplius quidẽ
magnificentia ſui cordis meminit Sic il
lata mala conſtantia frangit. paciencia
vincit. et triũphatorem ex toto per miſe
ricordiam ſe oſtendit Nouit enim nocen
tem fore iracundie iam ſubiectum. et id
circo deuictus et paſſus victõ cõpatitur
et pro ſue pietatis anthidotũ infirmita=
tis alterius curat malum Ira igitur ſa=
pientis inuicta pax· vindicta clemencia
In bonis enim ſumma victõia· in malis
virtus inuiolata Attamen qui flammis
ire cito accenditur. fetet igne retro vt
ſulphur Sed cum oportune prudens ira
ſcitur. ſplendet hoc digeſtum vt aurum
Iracundus ergo ſulphur fetidum igni=
tum· et iratus ſapiens eſt hoc ipſum au
rum digeſtum Quibus digeſtis abijt.

Si quēq̃ offenderis paueſce ſemper huiuſmodi

### De vulpe et aſpide  Ca.xxiij.

Imis eſuriens vulpes querēdo paſtum hincinde cum furibunda diſcurreret. paſſu minus prouido calcauit aſpidem. oculis anfractibus gradientem Mox ille furore duriſſimo per accenſus momordit calcantem et illa impaciens morſum refudit quantotius in mordentem Sic igitur conmunis furoris in communem vindictam venenoſitate diffuſa. diuiſi ſunt ſtatim querentes poſt vulnera medicinam Deinde cum euolutis temporibus ſibimuicē occurriſſent. mox aſpis antique iniurie recordata eſt. ac noua mota iracundia. in nouam cepit exaſperare vindictam Palliata ergo cordis nequicia. leto vultu ꝓcedens proditione plena ſalute propoſita callide callidam allocuta eſt dicens. In veritate nunc te cariſſima inquirebā vt oris morſu. perditam. oris oſculo rederem pacem gratam Quid enim vitali pace mortalibus carius. terrenis iocun-

dias· cunctis amabilius aut tam gratū
Nimirū pacis federe cuncta manent trā
quillitate viuentia ⁊ vigent· eiuſqʒ lege
ac ordine ciuilia florent· commune pacis
eſt bonū Ad hec illa callidior· mox ver
bis· inſaniente· parca prouidentia ſic re=
ſpondit Quippe diuiniſſimum bonuʒ pax
eſt. ſi vera eſt Sʒ ſi ſophiſtica· eſt lux ob
nubilans. vita mortifera· et dulcedo eſt
venenoſa Nullum enim perdibilius ma
lum q̄ inimicicia pace opata Igitur te
cum cariſſima ſit tua pax Nimirum vbi
eſt offēſe memoria· ibi ira Sed cupit ira
vindictam mittit fraudolentiam· que in
ferenda ſerpit ad penam Cor tuum non
video· ſed ad rationem recurro et eius lu
mine ſeuum pectus abſconditum rimor
Vera nāqʒ pax nūq̄ offenſe reminiſcit̄.
ſed ficta· obliuionem eius non patitur·
Et infirma quidem oblite interdum in=
iurie recordatur Quoniā timendus ſem
per et cauendus offēſus eſt· quia tenax
iniuria· leuis ira· expectata vindicta· tar
da clementia Nāqʒ fratres Ioſeph quē
offenderant adoleſcentes· timuerunt et
ſenes Quo dicto euitato hoſte diſceſſit·

Cum electo ſocio proficiſcaris aut conuerſeris.

De vulpe pegrināte et coruo. Ca. xxiiij.

Ad declinationis etatem vulpes
deducta. patrati reatus conſcia
vt ſatiſfaceret peregrinare cum
vellet. mox peregrinationis eius rumor
inſonuit. et peregrine canis in comitem
ſe dedit Cui vetula dixit Latrans et mō
dens prouocator inimicicie es. non ibo te
cum Quo quidē repudiato onager inq̄t
ſequar te ſoror Et illa in ſereno dolens
et in tenebris gaudēs liuid⁹ es Si michi
malum ingrueret letarere. ſi bonum cō-
tingeret triſtarere Vade quia nolo in co
mitem luminis hoſtem Quo eiecto. ſta
tim vrſus ſe offerēs aduenit Cui vulpes
reſpondit Accēdibilis nempe nimis es
pectoris. et patam vindicte vngulā ha
bes Si fortaſſe in me vel in alium ſeuus
irrueres. ſic aut confunderes ſociam aut
ream hoſtiliter laniares Tecū ergo nō
pergam Tunc leoni idipſū cum peteret
inquit Queſo cariſſime vt mecū non ve-
nias. qm̄ precordialis validitate v̄tutis

multum es p̄ſumptuoſus et audax Ta=
le quid te contingeret forte attemptare
vnde vix aut nūq̄ pedem eriperem De
inde dimiſſo leone. pauo in ſociuz cum ſe
offerret. audiuit Nimirum aurea penna
deſideraris ꝛ pompa effunderis. tecū non
pergam. qm̄ nolo caudam perdere ob tu
am pompam et pennam Quo ſic repudi
ato. lupus ſe obtulit et dixit Queſo vt
contrita recipias penitētē Cui illa Ro=
go vt dimittas facinora me lugentem.
quippe cum fure nullatenus vadā. ne tue
dampnationis aut criminis particeps fi
am Sed et porco mox ingerenti ſe dixit
Vade quia nolo tua ſordeſcere feditate
Finaliter vero aſino multum ſe preben
ti reſpondit Recede a me inſenſate. qm̄=
quidem alicubi ſine racōne clamares. et
occurrentibus lupis vna cum ſtulto cō
funderer Cunctis ergo hijs cum ratiōis
iudicio confutatis. conſurgens vulpis ſe
cum hec allecta precibus duxit anima
lia Pantheram videlicꝫ cuius os redo=
let Simeā que in plenilunio gaudet ag
num mitem. puſillanimem leporem. Eri
nacium cutis ſpinoſe. bouē de labore vi

uentem Cruſiminuz ſordes vitantem· For
micamqꝫ prudentem Cum quibus cum
hylariter pergeret· coruus ei obuius dix
it Que nam eſt hec catua Cui illa Elec
ta quidem eſt comitiua prudentis Naqꝫ
cum electo electus eris· et qui cum ſapi
entibus graditᷣ ſapiens erit· Et ille Rec
te iudicaſti Sed doce quibus conuerſatᷣ
et proſperatur Mox illa cum amatore
quippe ſapientie· zelatoꝛe iuſticie· et ami
cicie fideli cultoꝛe Quibꝫ diffinitis. vltra
proceſſit.

¶ In cunctis eſto compoſitus

¶ De aure et natura ¶ Ca· xxv·

AVdiens auris· ꝙ oculus palpe
bra tuebatur· acuto puncta in=
uidentie aculeo· nature dixit· Vt
quid oculum tam volatilium palpebra
rum minucõne vallaſti· me autem ſic nu
daz vndiqꝫ dimiſiſti Certe nec eo me mi
nus precio habere debuiſti· quoniã ſi de
lectat lux· per amplius tamen verbũ Et
ſi viſus inſtruit· plꝰ auditꝰ Cui illa vtri
uſqꝫ arte ſapientie fabricatrix pacienter

reſpondit Si videres quippe. et ſituꝫ mē
brorum luce racōis attenderes. nunc me
magis gratiarum actione. q̃ causarum
querula queſtione pulſares Nōne loca
ta es in profundis. et oſſe ac cartilagine
circumquaqꝫ munita. foris tamen lucer
na corporis eſt oculus. et ob hoc proui
denter pellicula velocitatis armať Sed
propter hoc digneis hoſtiolo clauditur
vt volenti quidem michil indecens ſpar
gente radio preſentetur Ad hec auris
adiunxit Cur et michi repudiationis ia
nuam non dediſti Aut forte minus pu
taſti corrupcōnē auricule q̃ pupille Nō
audiſti. q̃ primum aditum morti. percep
to venenoſo ſerpentis eloquio. effrena-
tus mulieris auditus exhibuit Directe
ſiquidem vſqꝫ ad cor penetrat verbum.
q̄n aperta ſemita ſtillat auri pectōis ri
uus Tunc natura ſubiunxit Sicut nō eſt
intuendum niſi qđ licꝫ. ſed nec audiendꝫ
eſt niſi qđ decet Nonne te ob hoc in me
dio capitis ſituaui Omnis enim ſapien-
tis actus debet eſſe decenti regularitate
compoſitus. et queadmodꝫ in celeſtibus
ſapientia gubernantis nulli ſine regula

cernitur motus Ita et in mēbris anime prudenti ſubiectis inordinatus apparere nullatenus debet actus Unde ſapientis inceſſus grauis· aſpectus pudicus· au= ditus honeſtus. ſtatus· collectus ha= bitus eſt aptus Maxie tamē decor pru dentie debz relucefcere in facie Quomā cornu ſapientie luminoſum. glorificauit tantum moſaycum vultum Igitur quia velox debet eſſe homo ad audiendū·tibi non addidi ianuaz. nec tamen cum neceſ ſe fuerit. oportunū quid auditui deeſt ar te racōnis clauſura·quibus auditis mox pacata auris quieuit

¶ In bonis firma conſtātia te cōfirmet

## ¶ De diſceptatione quorundā precioſorum lapidum et car bunculo eorum Iudice Ca·xxvi.

Geloſia. abeſton. ſinoclites. lapi des ſimul in eodem loco manen tes· de ſuarum admiratione vir tutum incōparabiliter diſceptare cepe runt. primoqz dixit geloſia· adamātina non ſine puritate virtutis fortitudie gau deam·plus tamē excedo·qm̄ tenaciſſima

propꝛie qualitatis vigõe ab igne nimie
calefio Mox abeſton illi ſe preferens in
quit Ego quidem maioris admirabilita
tis ni fallor me eſtimo. qm̄ inſeparabili
ter vnctuoſum humidum continendo ac
cenſus ſemel. vix aut nūꝙ̄ extiguor Qui
bus auditis. ſinoclites aduixit Voſmet=
ipſos vt video de mirabilitate veſtre cō
trarie immutabilitatis iactatis Attam̄
ego me ſiquidem minorez non puto. qm̄
varietate mirabili cum luna cōtinue cre
ſco et decreſco. ſed qm̄ qui ſeipſuz cōmē
dat. non ille ꝓbatus eſt. ex hoc ipſis nō
immerito placuit carbunculi audire ſen
tenciam radiantis. qui predoctus de cau
ſa. equo rationis liberamine mox diſcep
tantium litem ſentencialiter diffiniuit.
dixitqz Cum contrariorum ſit preſtan=
tius calefieri ad melius eſt mutari Igi=
tur non infrigidari. erit in deterius con=
uerti Sed nimiruz in continuo fluxu eſſe
nichil eſt eſſe Nam ſecundū non eſſe eſt
Vnde res omnis quantūcumqz habet de
mutatione tantū et de non eſſe Dico er=
go nūꝙ̄ ꝓmoueri ad melius obſtinātie
dura nequicia eſt Nec vnꝙ̄ in deterius

conuerti conſtantia ſapientie Attamen ſemper mutari deſipiētie vaſtantia iudicatur Quomā amens eſt qui rationalis lucis orbatus. ſtabilitate mutat̃ Arundinem ſiquidē vacuam exaltationis ſemper influxus hinc inde mobilitat. et omni vento confluctuans continue fluida ſpargitur maris vnda Non audiſti ꝙ ſagax vulpes ſemel reſponderit cameleonti. de adeptione coloris aurei glorianti. quippe vbi non eſt ſtabilitas. vmbralis eſt entitas. et gl'oſitas non eſt vera Nōne quantū de ſtabilitate. tantū de mobilitate tenēt oīa. et in vno genere ꝗʒ fixione ſtabilita ſunt prima Porro natura que ſapiētie quidē ordine regitur in neceſſarijs variacōibus ſtabilitatis amatrix non ſine firmamento vniformitatis mutatur Nāqʒ celum ſemper regulariter voluitur. ac viciſſitudines temporuʒ et etates vniformiter te ſequuntur Qm̄ melodie ſapor et nitor facundie aures ſimulceāt. tn̄ ſine decētis ſtabilitatis correſpondentia ſenſū anime non delectant Sic igitur nichil ſapiente mobilius ex malis. nichil eo ſtabilius in bonis Qui-

bus diffinitis terminata eſt lis.

¶ In bono nomine virtutum tetrago-
no ſemper vige

¶ De diſceptatione quarundam
arborum ¶ Ca. xxviii.

Inter laurū oliuā. arangiū. atqȝ
palmaȝ. ficus exorta. cum ſucce=
dente hieme illis ſoluta viridita
te vigentibus. ſuis ipſa folijs velud ari
da nudaretur non minus quidē mox cō=
fuſa ꝙ liuida vicinis. tetro vultu queru
lā ꝓpoſuit queſtionē. vt quid ſemper vi
ridia folia retinetis. et tranſacto fructu
frondes inutiles iam fouetis Num for=
te vmbratilis apparētia cōplacȝ. et ſpre
ta ſubſtantia cortex mulcet At ille pru
ritum inuidentie ſenciētes. ſpīnā verbi ri
ſu paciētie cōfregerūt Tandē igitur ad
veritatem loq̄ntibus illis. prima reſpon
dit laurus Ego quidem cōplexione iuua
ta concalui. et idcirco frigiditate repul=
ſa in me folium ſemper viuit Tunc oli=
ua ſubiunxit Nimirū in me humor pīg
uedinis ſupercreſcit. quo exundans ra=
dix. ſuas in perpetuum frondes nutrit.

Mox arangius inquit Solidior nãqȝ ſb
ſtantia me cõponit vnde in me bene ten=
ta viriditas nūq̄ perit Sic et palma fi=
naliter addidit In me quidem foliuȝ ex
aruit nūq̄·qm̄ huiuſmodi moderatū ger
minaui Poſt hoc autez laurus vice om
nium eloquens dixit Non audiſti quare
ſapiens nūq̄ ponit clari nominis venu=
ſtatem Nimirum quia claritate pruden
tie·largitate iuſticie. firmitate conſtan
tie·paritate modeſtie·ſemper viget. ſe=
ipſum dirigit·nullū ledit·in aduerſis nõ
deficit·et in proſperis non molleſcit Igi
tur hijs virtutum quatuor anchoris fue
mentis in portu·ſapiētie rateȝ figit Quã
obrem nūq̄ eum mūdialis fluctus tem
peſtatis elidit Quo dicto quieuerunt.

¶ Explicit prima pars figurarū mora
lium de hijs q̄ pertinēt ad prudētiaȝ

¶ Incipit tabula ſecūdi libri de
hijs que ſunt contra ſupbiam

¶ Incipit capitulum primum. ſecūdi libri
de bono humilitatis et de malo ſuperbie

¶ De aere et terra Capitulū·p̄mum

TVmefactus aer de latitudine
corporali. claritate ſubſtanci
ali et ſublimitate locali. ſuper
nendo terram. eidē locutꝰ eſt
dicens Vt quid tu punctuz opacū ſemp
deorſum manes Cur non interdum erige
ris. quare non dilataris At illa. in paci
entie firmamēto humilitate fundata pa=
cienter reſpondit. Ego quidez qđ aſſeris
Fateor me fore punctum. ſed hac tamē
modicitate punctali corporis mundialis
effecta medium in ſempiternum quieſco
Cum tua tu ſemper magnitudine fluc=
tues Circa me totum celum reuoluitur
et vitalis eius allatio ſuper meam ſtabi
litatem fundatur. At vero qm̄ opacum
ſum corpus non efuſiua vt tu perimis.
ꝓximo virtutum celeſtiuz retentiua. ꝓre
cioſiſſimis gēmis et metallis ſum intrin
ſecus adornata. atqz extriſecus riuis her
bis brutis et hoībus decorata. quaſi vi=
ta viuentium et mater cunctorum que in
corpore viuunt. diuerſorum bonoruz ple
niſſimis vberibus alo Verum quia. ſub=
tus omnia maneo. nulli vnq̄ moleſta. ni
ſi cum a te mea viſcera ſubintrāte terre=

motu concutior. vite locus quietis ſit⁹ et ſalutis portus. fixione perpetua gratis omnibus ſum pata Tu vero ſitq̄ ſurſum. cum ex hoc ad te confluētium ſimiliter vaporum. ſis. alta petentiū ſuſceptiuus. hinc denſis nubibus dulci lumine viuentia priuas. hinc letalia flumīa mādas. nunc coruſcationū mortiferas emittis ſagittas. nunc terribilia fundis tonitrua ſic et ventorum hoc pondere bellis hec quidē grādinis lapide conteris. hec procellarum turbine ſubmergis Nimirū emiſſiones ſuperbie tue queq3 grauiſſime ſunt tempeſtates Igitur melius eſt humilitatis opaca modicitas. q̄ꝫ ſublimitatis ſupbe perſpicuitas procelloſa Quibus dictis arrogantem confudit

¶ Contra eos qui ſuperbire incipientes inflantur

¶ De anima et carne ¶ Ca. ij.

Conunctione et dominio anime caro pariter liberata. ſtatim intumuit et letari cepit ꝙ inquieta pdita ſeruitute. nuper groſſicie ſimul et quietatione gauderet Sed cum viſi-

taſſet relictam poſt aliquantulum ani=
ma· vt cerneret qualiter illi eſſet· tume=
factam reperiens inquit Putabam qui
dem diminutam te fore per meam abſen
tiam Quid eſt ꝙ es inflata At illa re=
ſpōdit Quippe cum reliquiſti me· ſubiec
tam me hactenus et vexatam vna cum
requie a libertate et mag̃tudine ſum poſ
ſeſſa Ad hec anima dixit Bene video
ꝙ ſic inflata· ingrataqꝫ loqueris virtu=
te ac cognitione priuata Nāqꝫ te cum
ſemper habuerim inimicam. cui q̃ndoqꝫ
quantum potui nocte ac die compaciens
tanq̃ amica ſeruiui· nāqꝫ viuificabam te
et occidebas me. alebam te et me delic=
cabas· delectabam te et tu me contri=
ſtabas Certe ventoſiſſime es locuta· nec
eſt miruꝫ quia que vento inflant̃ ſine ra
tione ventū tantū emittūt Attamē oſtē
dam tibi quid nam ſint quies· libertas
et groſſicies tua Nimirum hec requies
tibi mors libertas perditio· et tumefac
tio et putredo· impregnata es tabe ve=
teri· ruptura parturies et paries ver=
mes Corruptiuus enim inflauit te fla=
tus· ſcindet te mediū effūderis in altum

ſpergeris in omnem ventum Nonne ma
re cum inflatur. procelloſa ventoſitate
diffunditur. tumore membrum venena
tum extenditur. et inflata cute ydropiſi
fundamenta corporis minorãtur An ig
noras ꝙ ſpiritus cum inflatur ſuperbia
ab eo vita relinquitur ingroſſatus minu
ſtur. extenſus diſiungitur. erectus demer
gitur. et foris apparẽtia tumefactus vn
diqȝ ſparſus interna ſubſtãtia vacuatur
Quid ergo turgeſcẽs de ventoſo ſpiritu
gloriaris Attende ꝙ dampnoſa ſit eius
conceptio. nãqȝ in ea genitus. is ſtabiliſ
ſimam terram concutit. nubes aperit. vi
ſcera ſcidit. et neruos letifero ſpaſmo tra
hit. Emitte ergo ex te exaltationis cor
ruptifere flãmaȝ. et non amittes putre
factione ſubſtantiã Quo dicto inflataȝ
reliquit

Contra eos qui ſe dignificãt maxis
De hirco et erinacio Ca. iij.

Hircus ad fontez veniens. vt ar
dentia ſiti refrigeraret interna
coniectis oculis quidẽ in laticez
nitore fulgentẽ ſimilitudinez vultus ſui

quam in eam emiſerat reuerberantibus
riui ſpeculis mox ſuſcepit Cumqz vidiſ
ſet altis ornatum cornibꝯ caput. atqz ꝑ
tenſam faciem barba pendente corde hi
lari. vocem exultationis emiſit Sic qui=
dem cepit et dignificare ſe maximis di=
cens Quam decent᷑ eminēs ſtaret in cor
nuto capite corona pauonica. et torqua
ta ceruix q̃ꝫ conuenienter deſcenderet
facie ſub barbata Quem cum audiſſet
erinacius ſtans et ipſe in fonte deriſit
amentem et dixit O ſi poſt tergum ocu
los haberes. corona et torquete nul=
lo modo dignificares Nimirum videres
caudulam pudendam tuam. et mox hu=
miliatus de fatuoſo capite poneres iac=
tantiam tuā vt quid te dignificas maxis
ac mag̃pendis miſeriā tuaꝫ. Pone te in
libra iuſticie et tūc ꝓſpicies q̃nti es Nē
pe pugillꝰ es terre Vt q̄ꝺ te extēdis in
regna ffauilla ignis. q̃re te erigis ſuper
ſtellas Poro ſi te magni exiſtimas cum
ſis parui. attemptabis maiora. et in ſuf
ficientem mox cōfundent te maxima Sed
ſi paruipēdis teipſum. vbiqz tutus eris
quoniam humilitas parit timorē. timor

procũrat ſecuritatez hec cuſtodit ſalu-
tem Verũ ſi te altis dignificas . iam mẽ
ſuras et iudicas teipſum Queſo igitur
vt ſequaris commune ius . hoc autem p̄-
cipit . vt in iudicio non credatur vni . nec
cui minus q̃ꝫ ſibi de bonis In ore ſiq̄dez
plurium fide roboratum ſtat verbum . et
dilectionem magis q̃ꝫ rationem motus
lingue ſectatur Nimis ergo et inmode
rate te diligens . nonne iniuſtiſſime tibi
credis Quãto maior es humilia te in om
nibus Crede michi . crede michi . q̄a max
ime ſe vilificat qui ſe magnis dignificat
Sicut qui ſe iudicat ſapientez fit amens
Lux quidem luce confunditur . et altitu-
do altitudine curuatur Sed altior ſtella
mentitur aſpectibus . et cunctis inferior
luna ſuper omnia decoratur Vbi ergo
profunda humilitas . ibi excelſa eſt dig
nitas . ⁊ vbi ex teipſo deiectio magna ibi
ex virtute dignificacõ maxia Nãqz dum
mundanis cardinibus nos iudicamus in
dignos ſempiternis celeſtibꝫ reddit hu
militas mox nos dignos Quibus audi-
tis hircus eruditus quia ſe dignificauit
erubuit .

¶ Contra preſumptuoſos

¶ De ſtrucio et gallina ¶ Ca· iiij

Elatus ſtrucio pedis officio· cuꝫ aſcendiſſet in monte· cernens volucres in liquiduꝫ aerem· ale pẽnate ſe agilitate diffundere preſumptionem ſumens ex penna Idipſuꝫ voluit attemptare Cũqꝫ anhelatiõis impetu pararet ſe mittere· id gallina proſpiciens ſic ei fertur dixiſſe Tene locum tuum cariſſime· et caue ne penna preſumptionis tue tibiam amittas virtutis Qui vilipẽdens huius ſalutare conſiliũ mox reſpõdit Tace miſerrima· que cum poſſes validitate pennarum altis et lucidis perfrui. grauitate pauperis pectoris lutuꝫ colis Quo dicto cordis vigore preſumptuoſo ſe cum magno impetu hic emittẽs fallacia mentiente ſtatera pennaruꝫ ſuo pondere corruit· et ſui oneris deſcenſu rapido totum ſe confregit Tunc ad vlulatum dolentis gnara rei gallina deſcẽdens ad eum pede tuto venit et dixit De imprudentia tua non miror Minimum q̃a magno corpori nimis puum ſup

appoſituz habes caput Ala non vtili pe
dem perdidiſti tam cōmodum. et vanita
tis volatas. tibi veritatis abſtulit greſ=
ſum Amiſiſti tuum auſum preſumptu=
ando non proprium. es eleuatus in caſ=
ſum. Facta eſt tibi perditio et non ſalus
Nempe non attēdiſti q preſūptio dum
nimis extendit diſiungit et dum erigit di
ruit. cum ante ponit poſt ponit Ac intus
cum foris inflauerit inaniuit Nam cum
ſupra vires ſtomachus hauſerit. ſe con
fundit. et immoderatiſſime dilatatū vita
li perdito ſpiritu cor ſemetipſū extiguit
Altius raptum pondus fortius eccidit
Et erectum ſine modo velū ſubmergitur
Sed omnis moderamine virtus agit Et
natura dimicans contra morbum. tantuz
in extrema neceſſitate poſſe ſuum oſten
dit Tue igitur ita valitudinis fines age
et extra metam tue longitudinis te noli
extendē Onus ſume qd poſſis ferre. et il
lud bibe qd poſſis digerē Crepat enī im
approcionatū ſuis viribꝫ pondꝰ leuare q
mititur Et caput inebriat ſi immoderate
bibatur vinum Quibus dictis in dolore
ſuo preſumptuoſum ſecedens reliquit.

¶ Contra audaces
¶ De equo et mulo ¶ Ca·v·

Loricatus equus ſub milite·delō ge prelium odoratus mox gloria nariū· erectiſqȝ aurib9 cum arrogantia capillorū audacitatis ſue miſit hinnitū Cumqȝ auida et inſtabili vngula·ſe cuneum in hoſtilez anhelaret immittere· ſecus mulus aſtitit qui et dixit Pone frater letalem audaciam et paueſcens fuge· qm̄ dire tranſient te ſagitte et lancee. ac recordare q̄a nudus et mollis te ſequitur tuus venter At ille flāma pectoris indignatus ad verbū de ſociali male gratus cōſilio·tale refudit vene fauſtus eloquiū in amicū Bene quidem es aſini filius. et ob hoc corde frigidus ſemp̄ fuiſti timid9 atqȝ tardus Quere latibulum. et te cuſtodiat mus et lepus Quibus dictis rapido curſu mox cū ſe miſiſſet in hoſtes hincinde diris vulneribus perforatus·vi fuſa cum ſanguine·debilitate corporis ſoluto tegimie ſe proſtrauit Deinde cum mulo effuſis copijs bellicis pergens. ſemiuiuū hunc in

ueniſſet iacentem deriſit audacem et ſub
ſannans arrogantem. tam malis humi=
liatum ſubiunxit Vere te cariſſime dex=
trarius genuit. poſtq̄ꝫ buliente pectore
ſuperbie. audacie gloria vitaꝫ cum ſang
uine perdidiſti Nimirum bene ſcripſit a
riſtotiles phorum ſummus Quod ſem=
per callidi corde ſepe fatui. capite furio
ſi et amatores ſunt vini Inde furit ebria
gallia. eſtqꝫ ſpei dedita iuuentus inſana
Verum ne cor in audaciorem dementiaꝫ
bulliat. ſplene ſubter. capite deſuper et
lateraliter iecore. mitigatorijs hijs val
lauit moderatrix natura Apertis quideꝫ
oculꝰ dormit lepus. quia q̇ corde eſt timi
dus. ſuper eius cuſtodiam ſemper vigi=
lante prudentia vallatus timoris acie re
quieſcit ſecurus Sic cor paruius natura
liter eſt in vigore virtuteqꝫ collecta et
fortius amplius. et quod eſt grandius
minus Audacior nauta facit naufragū.
et timoroſus ſaluus venit ad portū Quā
obrem beatus homo qui ſemper eſt pa
uidus. quoniā ad ſalutem timor rebus vi
uentibus eſt prouiſus Quo dicto audax
equus toto fuſo ſanguine extinctus eſt

¶ Contra ſuperbos qui volunt equari parari deo

¶ De ſymea coruo et vulpecula Ca ivi.

Agilem nautam inſpiciens ſymea in malum velociter aſcendentez cum mox niteretur in ſimile. id coruuz attendens conſiliarius dixit ei Sta in loco tuo cariſſima ne in regionem extraneam eleuata. grauis corporis ruina te pereas At illa verbis demqz ſpretis conſcendenz. ſtatim profunditatis alte contuitu. debilis cerebri imaginacione confuſa ruit inferiuz. et ceruice fracta nunquam decetero vultum potuit eleuare in celuz Demqz pergens cum regem in ſolio ſedentem purpuratum vidiſſet. cepit ad ſimile cupere. ſed abſente patrono quaſi princeps alter in throno conſedit Sed hoc nimirum viſu vulpecula venit ad ſolium. et ſalutato ſophiſtico rege. miniſtra prouida ironice flagitauit mandatum Cui ſymea dixit Hoc tantum percipio. leta gloriam cerne At illa egoqz conſulo ſane hinc quantocius deſcende Quod cum negligeret. vane ſimilitudinibus ſitibunda

ſtatim inde proiecta eſt caninis dentibꝰ
laceranda Tunc ad ſe reuerſa doloribus
inquit Ve michi quia ſpreui conſilia ſa
pientum Neſciebam ꝙ vbi non eſt con=
ſilium deeſt ſalus Que cum audiſſet vul
pes appinquauit et dixit Ammodo ꝗp
pe te video vexatione ſenſui reſtauratū·
quod dilectione faciens ſic arguā Vt ꝗ̄d
ceteris animalibus a deo natura ſubiectis
tu ſola iugum commune fugiens eidē pa
rificari conaris Atilla reſpondit Mo=
uet quidem ad hoc innata cupido Nōne
cunctis brutis humano corpori ſum plaſ
mata conformior Tunc vulpes arguēs
inquit Quāq̄ꝫ certe figuraliter homini
ſis conformis· plus omnibus/ tamen qa
hec ſimilitudo in te perūtitur Hinc tua
forma fore deformior inuenit̃ Quid enī
beſtina facie turpius· planta digitata de
formius nudiſqꝫ natibus fedius· niſi for
te caudato pauone· non caudatam te iu=
dices pulchriorem Monſtruꝫ nāqꝫ aut
fedum eſt· cuiq̄ꝫ peruerſe aſſimilaſſe An
ignoras ꝙ ſupbiens ſpiritus· tanto ma
gis turpior deoqꝫ diſſimiliō cernitur· q̄n
to amplius equipollere illi diſtōta ymā

gnatione molitur Nam que in mundo maior eſt monſtruoſitas. q̄ cum infinite magnitudini nichil. vite mors. omipotē tie infirmitas. glorie miſeria. veritati ſtulticia. luci tenebra. ac deo ſuo equipare ſe ſatagit creatura. Verū poſtq̄ te homini equiparare ſatagis. eius ſequaris veſtigia. et obedient te ſue voluntati conforma Sic enim placente te ſibi. non ſolum alimentum tribuet dulcia. verum et io coſa veſte. fedi corporis operiet pudibū da. quibus auditis egra ad medicū iuit

Contra appetitum ſingularitatis
De paſſere et ape Ca. vij.

P Aſſerem ſolitariū inueniēs apis propoſita ſalutatione mox dixit Vt quid tu frater mi. amaram ſolitudinem diligis. cum amica ſocietas ſit tam dulcis At illa reſpondit Nimiꝝ nimime placꝫ. multitudinis fluctuare ꝓ cella. vel vnus eſſe de turba Nonne inter ſidera ſol eſt vnus. et ſuper omnia vnus deus Quo audito cum ſubtiliter prudēs illa ſingularitatis ſuperbiā eius notaſſet

in cauſam taliter arguendum proceſſit argumentoſa Quãq̃ꝫ vnus inquit eſſencialiter ſit deus. comparis tamen trinitatis ypoſtatice indiuiſibili ſocietate gaudet Sol autem ſtellarum infimus ne ſit ſolus. ſibi dono lucis efficere ſociã ſplendoris in granditate conatur Sic et p̃mũ mobilium. cum ſit vnum allationis primarie. communicata virtute. ſecum etheros orbes rapit Ne ſit quidem in ſuo officio ſingulare. q̃n eſt vniuerſitas mundi tota. ſic cunctarũ p̃tium iunctiua vnitatis connectitur. vt nulla earũ diſiunctionis ſolitudinem vllatenus patiatur. Nonne anima naturalit̃ ſocietatis amatrix mox dolet. ſi in puncto ſuum diſſoluitur corpus ¶ Verum cum a principio deus creaſſet hominẽ vnum. mox dixiſſe ſubiungitur Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolum faciamus ei adiutorium ſimile ſibi habere quippe comparem et poſſidere coadiutorem Propter hoc ſiquidem duo creati ſunt oculi ale due. man⁹ totidẽ. et pedes dualitate cõſiles. vt pluralitate numeroꝝ et vnitate formaꝝ. mẽbris oibus e ſimili adiutoriũ ſit ꝓuiſum.

Ad quid nimiruz conſtructe ſunt vrbes
collecte ciuilitates. legiſqꝫ federe adu=
nate pollicie. niſi vt ciuiuz obſequioſo cō
ſortio. ſint non ſolū ſufficientes. ymo trā
quilliſſime res humane Quid ergo Ve
ſoli. quia cum inſtabili pede ſuperbie vē
tilatus indubitanter ceciderit ſocietate
priuatus. ſubleuatiuum adiutorium non
habebit Attam̄ animalia domeſtica tur
ba viuunt Cetera quantū poſſunt. ſe na
tura pollicie incolunt Et is qui fugit cō
ſortium. aut eſt rabioſus aut heremita
Heremita vero ſocius eſt deoruz Quibꝫ
dictis triſtē dimiſit ſolitudinis amatorē

Contra appetitum principalitatis
De voluntate et ratione Ca. viij.

Superbientis voluptatis cupidi
ne. voluntas cū naturali relicto
principio. nolebat ipſum princi
pium ſibi eſſe. ratio ſentiens ſtatim dixit
Quid hoc eſt ſoror quod cupis At illa
reſpondit. Michi certe principium cu=
pio fieri. vt deſiderata omnibus celſi=
tudine poſſim frui Tunc ratio inquit.

Tantam igitur pulchritudinē vniuerſi in deformitatē vis mōſtruoſam conuertē et ſpecioſiſſimo corpori machine mundi-alis caput extraneū moliris inferre Abſit hoc ineſtimabilit̄ viciū a te Quippe ſi mundus hoc ſenſerit tanq̄ in ſui ordinis et pulchritudinis corruptricē· aduerſum te totꝰ hoſtiliter ſe armabit· qm̄ et magis arguam· q̄ minime eſt prudentis ad impoſſibile niti Dic m̄ queſo vnde exiſtis a te. an aliunde Verum q̄ a teipſa non fueris. appetitus pricipalitatis oſtēdit Nullus qd̄ poſſidet cupit· ſed qd̄ a ſemetipſo eſt id naturaliter p̄ncipium eſt Quāobrez ſi a teipſa fuiſſes· non p̄ncipalitatem cuperes· ſed haberes Igitur ſi aliunde es· fore te p̄ncipiatā dinoſceres· quare principiū non niſi impoſſibiliter tibi queris Attamē natura intellectu ſapientie gubernata· ad impoſſibile nō mouetur Subiectum mēbrum es· ſi ſubterfugiens ꝓprium dominiū capitis· mox orbata ſenſu intelligentie· et motu priuata prudētie morieris A radice quippe ſeiunctus ramus non pullulat· et ſine duce ſuo miles oberrat· Humiliare igit̄ ca

riſſima ſub naturali tuo deo principio· et
caue ne peſtifero appetitu ſuperbie. dum
vanam principalitatem deſideras. eter=
ne quidem perdi tionis alimentum pri=
marium tibi fias Quibus dictis volun=
tas ſic erudita quieuit

¶ Contra appetitũ ſuperbe libertatis
¶ De oue et ceruo ¶ Ca. ix·

OVis auida proprie libertatis· ſo
ciali relicto grege. dominiũ ſui
paſtoris effugit Cũqȝ per ſolitu
dinem errabundam ceruus vagam et p
fugam inueniſſet· cepit prius querere ſue
ſolitudinis et erroris occaſionẽ Cui mox
illa reſpondit Dudum certe ſeruile iugũ
duriſſimum et multa paſſa· nunc frui vo
lo ſicut et vos libertate· tam cunctis gra
tiſſima ſic et patronum duriorem effuge
re. qui non ſolum quotidie me vſqȝ ad ſāg
uinem emungebat· verũ etiam omni an=
no ab optimo vellẽ ſpoliabat Tunc cer
uus minis ex patiens inquit Satis certe
cariſſima doleo· de errabundo itinere tuo
ſed multo magis de erroneo conſilio ſui

mirum libertas dulcis eſt· theſauruſqꝫ in
comparabilis. ſed non communiter vni=
uerſis Plura enim ſunt quibus pax vi=
ta ſecuritaſqꝫ ſalutis tantū ex debita ſub
iectione contingit Et propter hoc non
eſt aliud libertas eis· q̄ ſalutaris perdi
tio libertatis Nāqꝫ libertas populi queꝫ
regna non cohercēt libertate perit Sub
iectum quidē corpus anime viuit· ⁊ mox
cum ab ea liberatur extinguitur Nauis
ſubiecta nautis ſeruatur a fluctibus. a
quibus ſi libera fuerit· ſtatim naufraga
diſſoluitur Sic formica alis liberata de
fouea cum ſurſum erigitur· tunc finali
miſeria captiuatur Vnꝫ ergo libertas cer
ta eſt perditionis captiuitas· ita quidem
eſſe et tibi crede cariſſima Nam attende
quomodo et qualiter nunc incedis· q̄m
ſine duce· paſcualis itineris neſcia· ſine
tutore nulla propria validitate armata
Inter inimicos ſoliuaga atqꝫ in miſerijs
es circumuallantibus deſtituta Nimiruꝫ
via tibi error eſt precipicium ductor· eſu
ries paſcua· pernicies ſocia· et tui tandeꝫ
crudelis interitus ſunt extrema Ego cer
te cornu· pede· magnitudine et agilitate

munitus. vix a feris huius ſolitudinis ſum ſecurꝰ Sed ex quo naturaliter te delectat libertas. dic queſo ſi ad bene vel male faciendum Quippe ſi intendis bene facere. hoc tantum eſt quod exigit paſtor tuus. vt quid refugis eum ſine ratione agere cupis Ipſa tibi erit libertas inicialis ſeruitutis captiuitas Nam male voluntati peccandi libertas eſt. qua quidem conſumatur eius iniquitas. et mox captiuitas ſequitur Sic mala voluntas quanto liberior tanto ſeruilior. quãto potentior tanto infirmior At quanto ſublimior tanto minor Audi igitur conſilium meum et quantotius reuertaris ad dominum tuum ne libere pereas. et teipſam lupis deuorandam impendas. Nam et ſi dominus tuus te mũgit et tõdit. ab eo ſumis hec ipſa que tribuis. q̃a te cuſtodit et paſcit Eligibilius quippe eſt lac dare ac vellera. q̃ cum omnibus perdere vitam Quibus auditis ouis gaudenter ad paſtorem rediit.

## Contra appetitum dominationis

¶De effectu et intellectu ¶Ca.x.

IN tumeſcens effectus mox in=
tellectui ſuum volitum indica=
uit dixitqz ei Cupio fratᵉ mi cũc
tis hominibus ſubiectis preeſſe At ille
reſpondit Caue cariſſime. ne appetendo
dominationem. ſeruitutem ſuperbie in=
curras. et cum tu te alijs preferas tuip
ſe tui tam grande dominiuz perdas Sed
et dic michi queſo. ſi quod deſideras pu
tas iuſtum Nāqz ſi iuſtum non eſt. hoc
ipſum appetere eſt iniuſtum Velle enim
quod iniuſtum eſt. iniquum eſſe ſanxitur
Attamē ipſa iniuſticia miſera eſt Igi=
tur ex hoc appetitu es miſer Verum om
nis miſer ſue calamitatis eſt ſeruus Sed
ſi quod iniuſtum deſiderans obtineres.
plus miſer exiſteres. qm̄ vnuſquiſqz tan
to miſerior conuincitur. quanto eius in
malo celerius voluntas impletur Si ve
ro quod cupis aſſeris eſſe iuſtum. ne=
ceſſe eſt vt ſit ex aliqua ſupereminentia
tui Ex hoc enim ius dominandi ceteris
animalibus obtinemus. qm̄ ad ymagi=
nem dei conditi. natura ſupereminentes

hiis ſumus Oſtende igitur cuius quidē
dono ſapientie tumefactus tam ſingula
ris excellis Nimirum ſi ſapientia alios
cupis tranſcendere. hec vera eſt Neq̄q̄
hec ſurſum te proicit. ſed humilitatis de
orſum ſinus ſalutaris recondit Quia ve
ra eſt ſapientia. vbi humilitas fuerit Si
auteꝫ potentia niteris trāſcēdere. et ſi ei
us prelatione leuaberis. cum nerone im
pijſſimo aut cum allexandro nequiſſimo
predo eris Potentia ſiquidem non excel
lentiam ſed potius violentiā gignit At
vero ne per opulentiam extollaris. qm̄
hec non te facit tranſcendentem. ſed ſuf
ficientem Opes enim aut egeſtateꝫ au=
ferunt. vel quod in paucis eſt cupidita=
tem extinguunt Nulla igitur excellētia
reperitur iure. quare homo homini pre
feratur Quamobrem apud te mane ca=
riſſime. et conmuni legi ſocietatis natu=
ralis ſubſiſte Quia ſi iniuſte leuaberis.
mox iuſticia vere firmitatis amiſſa. iuſte
ſimilium ſeruus eris Veruꝫ in equitatis
pellicia preeſſe. ſubeſſe eſt Et qui arro=
gantia dominatur iuſticiam ſpernit. et vi
ciis ſubeſt Recordare primo ꝙ ſecundꝰ

homo factus eſt in ſocietatis cōe iudiciū et a tribus fratribus noe filijs humanū poſtmodum infirmitatis euidens documē tum diſſeminatum eſt genus Sed depo= ne faſtum. tolle nomina dignitatum. et quid eſt omnis homo. niſi homo. Vna igitur tantum equitas eſt homini poſſi= dendi et voluntas diligendi Quibus au ditis mox ille faſtum depoſuit.

¶ Contra appetitum dignitatis
¶ De vrſo et ceruua ¶ Ca. xi.

Latitanti vrſo famelico. vt pre= dam aliquam deglutiret. magi ſtra fallacie vulpes pia impio ſubuenire cum putat. ad cū ceruam ſoli uagam arte doli ſic conabat̄ afferre Mi mirum inquit vultu placidam. ceruice al tam pelle politam. pede validam. appor= tione decoram. parens te formauit natu ra Vnum tantum perfecte. venuſtati mi nus eſt. quia cornubꝫ cares Neqꝫ enim certe infirmo ſexui tam ſuperba et tuta debuit armatura deeſſe maxie cum ea cō ceſſerit ſimul vacce Aut forte liuōis ne ſcia quedā reliquit arti natura Simea q̄

dem ſuppletiua arte induitur· et magiſte
rio aurum et argentum politur Si vis er
go perfici cornu· audi monitum. et imita
re ducatum· quoniā ad magiſtrum te di
rigam iam expertum Atilla. non tam mo
bilitate feminea. q̄ volens cornu ſeque
batur mendacem ſed pia ſorte. dolo cap
te fuit obuius ceruus· qui miratus de ſo
cia dixit Quo vulpinam ſequeris caudā
Cui cerua Quippe tanto duce ad vrſum
tendo ·vt ſicut et tu cornubus gaudeam
An ſolus apparere vis ſuperbia maſculi
na Ad hoc ille aſtutus vtriuſqꝫ ſentiēs
faſtum et dolum amice cōpaſſus· totuꝫ
ſuum fundit riſum ex hortatu Dixitqꝫ·
Nempe ꝓpter cornua vrſus dedit quiete
virtutis auriculam Caue ne tu deterius
amittas pellem et vitam Vrſus nāqꝫ in
terrogatus a lupo vt quid faciez ꝓnam
ferret Reſpondit quia habeo debile ca-
put Cui lupus ait muni ipſum cornubus
Hijs ergo caput armauit natura bouinū
Vade ad hominem arte dotatum et po-
net Quo inuento magiſter ait Solue ꝓ
labore Volo hoc· quod dare non noce-
at Si branchiam peterem non dares.

Da michi aures. et nil tibi noez Quo vo
lente ſcidit eas. et ferrens malleum vt
perforaret craneum eius. audiuit vrſus
dicens. Fatuus ſum vt perfoes michi ca
put Qui ait. aliter tibi cornua non ponū
tur Tunc vrſus abbreuiatis auribus in
quit Bene enim fatuus qui cornua cu=
pit Perdit enim vt video caput diſcreti
onis. et aures quiete virtutis Et ſic ab=
ſciſis auribus ſine cornubus abijt illuſꝰ
An ignoras ꝙ duz amittit cornua luna
ſit lumine vacua. et cornuta moyſi faci=
es contuitus liberi dulcedinis velamen
to eſt priuata Illaqueatur quidem vac
ca per cornua Et aratro bos ſeruus ſub
duro iugo aſſidue duci ſolet per cornua
Non attendis ꝙ nulli celeſtium preter
trapo tam cornu pondus appoūt Sed eo
dūtaxat nos terreni grauamī. qm̄ et ego
ſerpentis hauſtu cōburor interius vt poſ
ſim vetuſtatis pōdꝰ depo nē cornu Quid
plura Beſtialitas quidē communis oſtē
ditur aut cornu aut cauda Depone igi=
tur faſtum et fuge cornu. ne dira te la=
niet vngula vrſus Quibus intellectis
mox dimiſſa vulpe. ſecuta eſt ceruum

Contra appetitū humane celſitudinis
De tellure et nubecula Ca·xij.

Exorta de tellure nubecula· ſta=
tim cepit nato deſiderio ſurſū fer
ri Cui mater dixit Ex quo et vbi
nata fuiſti Nonne ex me et in me Cur er
go ſupra matrē erigeris Et natale ſolū
cunctis gratiſſimum facta peregrina re
linquis Nū et ſurſum lata. vel a tempe
ſtatibus inuolueris· aut ab eſtu obuio
conſumeris Rogo igitur nata quieſce. et
in patrio ſalutaris humilitatis ſinu recū
be At illa minꝰ prudēter reſpondit Ap
petitus quidē deſiderabilis celſitudinis
ſurſum coegit aſcendē Cui contradicere
et ſi liceret non placet Ad hoc multum
illi terra cōpaciens dixit Dic michi que
ſo quo erigi concupiſcis Cui nubes Ni
mis anhelo pertingere in aquilonis ſub
limia· vbi conſtituta toti viſibili ſim p̄la
ta Quo audito ſtatim deridēs caliginis
cecitatem inquit Bene vt parū ante ge
nita infātiſſime es locuta Nāqz minime
adhuc poſitionis celeſtis ordinem didici
ſti· nec mundi ſitū mirabilem attendiſti

Reſponde michi que pars primo moueca
tur in celo Nonne orientalis Inde nāqꝫ
ſtella dyalis aſcendit et quaſi motu ſuo
ortis ibidem ſideribus iuſte oriens appel
latur Igitur hec pars dextrum eſt celi
que enim prima in animali mouetur ps
hec dextra nuncupatur Sed ſi vt patēs
eſt iudicatur oriens celi dextrū de neceſ=
ſitate concluditur eius polus antarcticus
eſſe ſurſum Ab eo enim cōprehendunt
phī· orientalis motus principiuꝫ deriua
ri Nāqꝫ in corpore animalis pars eſt il
la caput que ſubiecte dextre localem in
fluit primo motum Verum ꝙ ex meri=
dionali polo celeſtis alationis principiū
oriatur Hac ratione dimoſcitur· quia ſi=
tuato vertice hominis verſus illuꝫ.mox
eius dextra ſi voluatur ab oriente moue
tur Igitur ſi meridionalis in celo polus
eſt ſurſuꝫ·aquilonaris erit per conſeq̄ns
ſic deorſuꝫ Propter quod cariſſima ſi tu
us fert animus in huiuſmodi ventilari.
putans erigi profundaberis Et cum cre
dideris ire ſurſum·tunc demergeris mun
di maximum in abyſſum Accidetqꝫ tibi
ſic decipi cum ſuperbis·qui dum eleuari

iactantie flatu ſuperius opinantur. ru=
unt inferius ad ima inferi. diuine quidē
ictu iuſticie profundantur Et ſic cum vi
detur eis altiſſime fore ſurſum. ſpeculo
decepti fallacie. tunc maxime ſunt deor=
ſum Qui enim contra veri mundi curſuz
ſurſum erigit̄. de neceſſitate latus in eiꝰ
oppoſitum inſinuatur Sed ex magna qui
dem prouidentia conditoris. ſuperboruz
habitabilis locus aquilonari polo ſup=
ponitur. vt expoſicōne mundiali diſcāt. il
lud quidem quod ſecundum mundane vi
ſionis aſpectum videtur ſuperius. in ve=
ritate fore inferius Quāobrē fugientes
huius ſeculi fallax ſurſum. ad verum ten
dunt per humilitatis deorſum Sic enim
natura vbi pari modi ſituauerunt inferi
us. dato capite de matris aluo mittit in
hunc mundum infantulum. et humilita
tiꝫ magiſtra cornu cordis et pedem ꝓ=
ter hoc ſituat in deorſum Hys diffinitis
quieuit ꝛc.

Contra eos qui adepti celſitudi=
nem mūdanam magn' pēdūt mag
na et alta

De formica et philomena Ca. xiiij.

In tranquillitate quidem eſtiua formice nouiter natis alis cum de terrenis latibulis in liq̄duz aerem euolaſſet. in amena folijs virentibꝫ arbore iubilantem philomenā inuenit. cui dixit Tu quid es At illa reſpondit. Volatile ſum. ſed quiete iubilo luce pacata fruor Deinde cum apem circūuolātem vidiſſet. ſciſſitata quo tenderet morꝫ audiuit ꝙ diſcurrebat per flores e quibꝫ colligeret ſibi paſtuz mellis. quibus auditis magnipēdens domīationē alarum gaudēs et grata nature dixit Gratias tibi ago. qm̄ ſimul de profunditate et obſcuritate terrena. atqꝫ de ſolicitudine cōgregandi et labore portandi nunc me q̄dem ereptam. loco lucis et cardinis. ac vernantiuz q̄ſcentiūqꝫ. et faui ſtilla fruentium ſocietati dediſti Igitur cum locus is. eam non modicuz delectaret. nec ex toto eam ꝓpter alas antiqui generis prouidentia diminiſſet. ab ape doceri petiuit ſi qua pericula ibi eſſent Que dixit Plura certe Atqꝫ hec ipſa ſunt Deſup ſpiritus procella ū. lateraliter ventorum impetus. nunc frigus. nunc eſtus. Nunc

vngulam volucrum de rapina viuentiuz
hinc rethia tenſa latraliter aranearum
Ad hec illa reſpondit Effugiam o̅nia
iuuante prudentia Sed quidem poſtmo=
dum rapidiſſimo pede. celi eſtate traſac
ta. melliuis edulijs et gaudioſe quieti. hi
emis tempeſtas et ſiccitas ſucceſſit. pro
cella deſurſum preme̅te. tunc vento pel
lente. atqz frigoris extra. ac famis intra
eam pernicie circu̅dante. mox ex alto for
mica deſcendens. ſolitum cepit effugiuz
terrenorum requirere Sic ergo cum ne=
ceſſitate cogente ad dimiſſum latibulum
recurriſſet clauſuz. pulſanti ab hoſtiaria
eſt reſponſum Vnde venis. quid portas
Nimiruz de aere ta̅n alas Mox illa Va
de. quia nullum allatum. et qui non ſecu̅
detulit fructum inuiolabili lege nature
hic conditur Tunc deſperata formica lo
cum deteſtans aduenticiu̅ et primu̅ lau=
dans exclamauit et dixit Cognoſco cer=
te fallace̅ celſitudine̅ lucis hujus mu̅di
et ſapientibus fugienda̅. quiete p̄uatam
ſecuritatis neſciam hinc inde innumeris
vallatam anguſtijs. et vitalis vacua̅ li=
bertatis Quaz felix quippe eſt illa fouea

obſcuritatis. humilis. ſemꝑ ſtabilis. vn=
diqꝫ tuta. dulcis amicarū. ſororū pollicia
bonorū vitaluū regio plena Sic in malis
formice prudētia reddita. vita per ſupbi
am perempta eſt

¶Contra eos qui cito raptam altitu
dinem gloriātur. ſpnentes huiles

¶De arundie et canna mellica Ca. xiiij.

Canna arundinea iuxta cannam mellicam oriēs. eandez in breui transcendens altitudine tumens ait Canna mellis quantū temporis habes Cui illa reſpondit duos vite annos Tunc ipſa velotiꝰ altuz rapuiſſe ſe gaudens. ſpernenſqꝫ humilē mox arrogātie gratitudie dixit Bene ſit nature. que in in anno me fecit te quidem tranſcendere Ad hec canna mellis oſtēdens fatue cōfuſionem ſuam dixit Bene es arundo ſenſu arida et omnis ventoſitatis impetu agitata Non attendis. qm̄ vt cito creſceres totum altitudini. nichilqꝫ profunditati dediſti. ꝙ intꝰ ēs vacua. et foris tu meſcis infructuoſa Ego vero humilitati totum impendens. hinc medulla dul=

cedinis plena ſu· ac ſuauitatis tota ſum
Fructus Nimirum ſublimes arbores vt
plurimum infructuoſe cernuntur· et her
bula ſerpens preponis in grãditatẽ ger
minatur Gallina paruula omni die oui
ficat· et ſemel in anno ingens ſtrucio fun
dit oua Graui ſiquidez a tempeſtate vẽ
toruz. humilitatis me tutat firmitas· et
tua tibi eſt altitudo tempeſtas Omnis
enim quanto ſublimior· tanto mutabili
or ſpera Vt quid ergo de altitudine ꝓ=
celloſa et vacua gloriaris· et ſtulte ple
nam melle· et ſtabili breuitate confun=
dis Puluis quippe quãto plus erigitur
diffuſius ſpãgitur· et fumus cum magis
extollitur amplius annullatur Altius
vapor ab eſtu cõſumitur· et cõtricio g=
uior in rorem dulciſſimũ condenſatur Mõ
tes aerei ſepe nubis caligine inuoluunt
et terrene valles riuis inundantibus im
pinguantur Igitur incõparabiliter me
lior plene humilitatis eſt puitas· qȝ ve=
lox ſublimitas omni bono euacuata Qui
bus auditis arundo erubuit

Contra tumentes ex ſcientia

De gallo et vulpe Ca. xv.

Gallus intelligens diſpoſitionẽ
mutabilitatis celeſtis. mox ꝫ ſci
entia tumiduꝫ in arboris aſcen=
dit ramuſculũ et erecto collo. alta voce
cantauit Quem cum audiſſet vulpes ad
eiuſmodi cantũ tam cito cucurrit. et ſtãs
deorſum ſalutauit ⁊ dixit Audiui frater
mi. vocem exultationis tue et veni. que
ſo. cantationis cauſam indica michi At
ille protinuꝫ inquit Nimirũ intelligen=
tia ſuperne diſpoſicõis dotatus. eã cum
ſenſero ſtatim voce cantabili nulli inui=
dus pando Tunc vulpes ſubridẽs inq̄t
Ergo plenus es ſcientia. qm̄ hec eſt diui
norum ſublimium diſciplina. Quo audi
to gallꝰ pluꝫ intumeſcens cãtauit. mox
ꝙ vulpeꝫ ſaltauit Cui ille deſuper Vt
quid ſaltaſti Tunc illa reſpondit Certe
quia tu plus exultaſti. gaudere nãqꝫ cũ
gaudentibuꝫ licet. quin et effundenꝫ re
te doloſitatiꝫ verbiꝫ callidis ſubiunxit
Quippꝫ gaudeo frater mi. eo ꝙ liberaliſſi
ma bonitas que conditis omnibuꝫ pti=
cipium perfectionũ ſuarum gradiatõe

pulchrifica exundantiſſima fontana dif
fundit·etiam nobis brutis ineſtimabilis
donum ſapiẽtie dedit O galle tu es glo
ria noſtra·tu es beſtiarum leticia·te nũc
queſo porrige ſi digneris vt oſculer mi=
rum intelligentie caput tuũ·rogo cõple
gaudium meum At ille quidez adulati=
onis doloſe molli ligua mollitus ſtatim
fluunt Quo audito tendentes fracto cra
neo. gallum adhuc palpitantem reperi
unt Qui de tante calamitatis illatiōe in
terrogatus ſic expoſuit Minorali nimi=
rum ex radijs· gemmificāte virtute dita
tum cerebrū· perdidit ſemetipſū· cum ſit=

tibunde auiditatis feruor. ob deſiderabi=
lem lapidem. dirum ſuſcitauit incendiuꝫ
Opulentia quidem viciorum oſtilitatem
aut oſtendēs aut gignēs. ꝑniciosa paup
tas eſt Nunc autem pertrāſeuntes. cum
ſciſſis vitalibus ſemiuiuam hirundinem
inueniſſent. hec ipſis vaſtacōnis huius
materiam. vna cum verbis preeunte ſpi
ritu petentibus inquit Amabilē celi do
mium venter concipiens. inſaciabili cupi
ditatis voragine concitata. hanc michi
letalem mox odientiā pepeit Suos nāqꝫ
poſſeſſores fallaces diuitie. dum ſe cupi
dis amabiles offerūt. effectus eius odi
biles ꝓdunt Sed hoc dimiſſo. cuꝫ caſtor
eis perditis genitalibus occurreret. pe=
tierunt. vt quid ſalutari genere ſeminari
um defeciſſet Qui ait Qm̄ iudicaui ſanc
tum antidotum cum iam precioſum exi=
ſteret. mox caro vilis. ac concupiſcibili
odioſus. pernicioſus venantibus infeſta
bar. ac ne totum pars perderet. ac geni
talia genitorē cupita vaſtarent Ea cer
te malui michi vocare hoſtilia ꝙ ama=
tricī diuiciarū et diuitū hoſti me auari=
cie voracitati impendē Melius enim o=

pes eſt ꝙ̃ ſalutis opem perdere Quo q̇
dem relicto. cum pauonem decaudatam
vidiſſent· quō perdidiſſet caude gloriam
querentes audierūt Nimirꝫ aurea pla=
cuit penna· et idcirco auri cupidus ſeruꝰ
auaricie hanc ademit Mundiales nāqꝫ
diuicie queꝫ exornant· ſigūt cupiditatis
diuerſiſſimas ad ſagittas Tandē excori
ato reperto vulture· cuꝫ ſue calamitatis
ſtuderent caſum agnoſcere· miſer dixit il
lis Cariōi quidem pluma carnis me cor
tice natura dotauit· ſed delicijs hoc pla
cuit et mox auaris inſidijs pda fui Quid
enim ſunt carnales diuitie· niſi blandimē
ta libidinis. fomenta cupiditatis· et one=
ra mortis Beatus certe qui caruit eis·
Auditis ergo huiuſmodi ſententijs· et
talibus tantiſqꝫ diuitum calamitatibus
viſis parum a ſemita declinantibus ad
quieſcendum vulpes ſymee dixit Quid
mature de diuitijs ſentis At illa reſpon
dit Nēpe ꝙ nō niſi penalitates ſint Na
tura ſic earū illudēte poſſeſſōibꝫ· aut hu
iuſmodi calamitatibꝫ edocentibꝫ· eſſe vi
rus putāde ſunt Hunc aut edentāt· illuꝫ
exoculant huic cerebrū vaſtāt· illi ſic vi

talia perforant. isti genitalia vorant.
modo excoriant. nunc decaudant Nonne
sic auaricie ingeniosa vi.a viris imprudē
tibus hec collecte. multis possessores su
os viciositatibus lacerant. amatores de
prauant. dum os lingua magniloq̄. con
tuitum inuidētia. caput ignauia. ventrē
gula. libidinem genitalia. caudam infa=
mia. virtutū inopia totum vastāt O ma
le oditum beata paupertas. o stulte dilec
tum malum infelix opulentia Decetero
paupercula pellis michi ditissima est et
vilis ꝙ̄ p̄ciosa Malo certe iam fore sy=
mea sine cauda ꝙ̄ pauo cum cauda Qui
bus digestis. mox hincinde cupiditatis
anxietate erudita vulpes. societatē vale
dimisit.

¶Contra eos qui dolore diuicijs per
ditis adhuc laborant ditari.

¶De coruo et pauone ¶Ca.vi.

DVrate penne cupidine pauonem
vndiq3 spoliatum. cum coruus
aspiciēs oli deridēs pomposū di=
uitem inq̄t Vbi est mire picta luminib9
desiderabilis pēna Quo quidē alarū splē
dentium abijt gloria Quoue plumarum

gemmantium fugit mirabilis ornatura
At ille minus patiens illuſoriis verbis
indignatus reſpondit Quãq̃ insaciabi=
lis certe humãe cupiditatis vorago. pẽ
narum opes obſorbuerit. beneficio tamẽ
ars refectiua non deerit nature liberalis
verum minus malicie non minus ampla
largitate. ea quidem donante priuatus.
ſpem pauper habeo. tu ſemper miſer es
Cui ille In aduerſis nãqz caſibus non im
merito eam dumtaxat calamitatem dix
erim. calamitatibꝫ non doceri Nãqz vbi
tempeſtatum ingruentium mole oculos
fel thobie reſtituit ac veraciorem intel=
lectum dedit. tunc dãpnum cedit in cõ=
modum. et illatum malũ repatio fit vir=
tutum. ſed cum ꝑcellorũ experientia ea
ſuum animus non docetur. ſine modo ma
lum intenditur Nã ex toto circũſpectio
nis orbato regimine. quaſi inter tumen
tes fluctus. mentis in preceps nauicula
circumfertur Imprudentie quidem pla
ga deſperata eſt. ſi re non curatur aduer
ſa Tua pace iam hoc dicaz amice Sepe
decaudatus et. et vnde accidit non vidi=
ſti. depaupertatꝯ es. et quõ dampnũ poſ

ſeſſoris euenit non ſenſiſti Malum nimi
me te docuit. ob quam rem ſine modera
mine creſcit Reuera p̄dilecta penna odi
bilem te reddidit et placida cauda te de
honeſtat Sic tibi tua opulētia nōne pau
pertas fuit Etenim q̄a hoc habuiſti. p̄di
diſti Attam̄ iterum cōcupiſcis vnde do
loribus ſis expoliatus infelix Nimirū ſi
recreſcit cauda. ſimul et renaſcet̄ hoſtil'
auaricia Et q̄d inde. niſi q̄ties tibi mu ti
plicabuntur ambite diuitie. totiēs nuda
tionis calamitates ſuccedūt Jtaqȝ hoc
bonum ſemp malū eſt. et incrementū ei
us fit meroris additamentū Bonū ergo
malū petis. niſi forte dixeris. bonum eſt
habere vt p̄das Sed hoc eſt certe cōtra
ratiōem Perdē enim amatū bonū ſine do
lore mīme eſt. ac cui merō placuit. inm⁹
compos d̄moſcit̄ eſſe mētis Nū igit̄ nō
habē meli⁹ eſt appetend̄. q̄ꝫ perdē Dig
nas ḡtias ago nature. eo q̄ꝫ dederit m̄ pē
nam pauperē Eiuſmōi enim natura pu
to me eſſe diuitē Ea quidē honeſtor cau
da ppetua. et liber vētilor. ſemp ala plū
bata Ea nimirū me⁹ ſum. et nemī in p̄dā
dilect⁹ Nigra pēna illuſtrat me. pluma

paupercula ditat. et ſpretā caudula tutat Verum te diuicie tue pauperem faciunt. deſideābilitas oditū. delicie doloroſum. glorioſitates inhoneſtū. Felicitates miſerū et excreſcētie minoratū Maledicte ſunt igitur tales diuicie q̄ ſuum depauperant. decaudāt et vituperant poſſeſſorem Quarū nempe ſunt. in nuditatē poſſeſſio. in dolorē dulcedo. in cōfuſionē gloriatio. in deformitatē et decor Oīs certe leta et cara pauptas. cupiditatis tabes liuoris lues. viciorū expers. virtutū hoſpes. ſecuritatis reqes. cuius pax vbiqꝫ eſt. cui etiā ipſi amatores diſcordie pacifici ſunt latrones Gaude igit̄ ſi prudens es. q tibi hoſtiles amiſis opes. nec eas ſis vltra appetens. ſed opulentum te iudices in hijs pauper Quibus eruditum ditauit depauperatum magiſter.

¶ Contra eos qui ex diuicijs acquiſitis ſe putant eſſe felices

¶ De dracone et gemma ¶ Ca. vij.

IN ſuo vertice ſplendente dracōtide. tāte gēme draco p̄cioſitate dotatus cum ſuperbo incederet

inuenta q̄dez ienna dixit Satis certe am
bo beneſice poſſumus regratiari· ac tene
mur nature Nāquidē artis ingenio ſub
miniſtrantis· humana dotata mente cor
pora· multo precio adornantur Jndemp
nis ipſa mirabilis opeātrix· liberalitatis
tantū gratia in nobis gemmarūqz orna=
menta contexuit Tibi nāqz oculū mira=
biliter ingēmauit Caputqz meū ſolis li
bito regib⁹ inſiguit dracōtide Cui mox
illa Jam effrenate cupiditatis Jn ſe eru
dita periculis· aliter ſentiens et effecta
opulentum contraria. tali ſententia con
futauit Bene inquit video ꝙ diuitie cor
porales dum tempeſtuoſa leuē ala ſup=
bie ſurſum p̄cipitant et minime caput ra
tionis librāt inferi⁹· ac fallacis foris pō
poſitatis decore· cum illucidāt corpus· in
tus obtenebrant mētis intuitum Nimis
enim impinguatum caput orbatur mox
ſenſib⁹ Jngeiata fōis albula pupilla· in
trinſecus obſcuratur Reuera ſi contuitu
interno nunc attenderes clare. ac circū=
ſpectionis in te vertex gemma rationis
ſplenderet Scilicet quo vane tam gau=
dens tibi fore ꝑfecto lapidē offenſionis
agnoſceres· et petram ſcandali iam ſen

tires Eteni non in decus· vt ſtolide opi=
naris·ſed magis in onus. non in ornatuꝫ
ſed laqueū·non in cōmodiuꝫ ymo in dāp
nationis tormentum Hic tibi lapis diui
cialis infigitur Eo ſiqdeꝫ ab hoſtili cūc
tis cupiditate ſolliate quereris. eo calli
dius venaris eo adhuc ſic te ſopito viuē
te raptus vt ſplendeat exacerbaris atro
cius Quo igitur infeliciter feliceꝫ te pu
tas·quo te beatum miſerabiliter iactas
Quo te quidē eo diminutū mag̅ficas·ac
te glorificas·eiuſmodi percōfuſū Nimi
rum vide ꝙ rerū non tm̄ mirabilis opi=
fex ſed mirabilior iudex·quod facti ſe in
anis erga nos fecit ⁊ effrenam̄ imperpe
tuum Nulli quidē acerbiori ꝙ voragini
cupiditatis patemus·opibꝰ opum dāp
nata ſententia Dum natura nos adorna
uit·dāpnauit Nullo magis enim ꝙ ſuis
plures depaupant̄ diuicijs et cap̄ deſide
rabilibꝰ poditi pdunt̄ Afficiūtur nāqꝫ
hee cupiditate. dū ſui placiditate fluidū
affectū alliciūt. qd̄ vt cōſeq̄ valeāt id qd̄
optant. mille poſſeſſoribus perditiua pa
rant arte doli ingenia. Rutilantius autē
tanto·quanto et hoc crebrius videmus

in rebus humanis in quibus non minus
grandis q̄ magis diuiciarū amatrix aua
ricia tempeſtas eſt Nonne nabuchodo
noſor clipeis tractus aureis ſalomonis
hoſtiliter hoſtis quā potuit amicam co
pioſa copioſam argento · iheroſolimam
ſpoliauit Similiter autē babilon totius
aſie ditata rapinis ſeipſā perdidit · dum
libidine diuiciaruʒ Cirū et dariuʒ cōcita
tos attraxit Sic nempe creſus excreſcēs
immoderatiſſimis opulencijs · harū dum
ſiti opum incanduit · efferatū ad ſe per=
dendum orbis predonē famoſū · infamia
macedonem allexandrū adduxit Hijs et
tandem inſaciabilē voracitatē romanam
bellicoſa vi minime cōparabilem opulē
tus mundus ad ſe rapienduʒ vndiqʒ irri
tatum effudit Quid igitur ſunt munda=
ne diuicie · niſi amatores odij · iocundi
tates merorum · delectacōnes tormenti · p̄=
cioſitates opprobrij · ſemina litis · iacula
belli · bona predonis O infelicem qui do
natus eſt eis Quibꝫ auditis · draco gau
dium in luctum conuertit ·

De cauſa et cura inſaciabilis auaricie

Sub ydropiſis onē ſqualida vul
pes languens repande ſanitatis
medicinam et medicum inquire
bat Verum cum muſtelam obuiam ha
buiſſet eius gnara diligentie ipſi mox ꝓ
poſuit languoris querulam queſtionem
Memoror inquit ſatis ſoror· q̄liter olim
dente tuo vitaꝫ de laq̄o mortis quaſi noui
ter renatam rapuerim Qua quidē re nūc
grauius morbi letal' obſeſſa periculis ꝓ
ſtimis audacter beneficijs memor · ad cō
ſilium ſagacitatis tue iam pridē a te ad=
iuta recurro Cui muſtela non ingrate li
beralitatis verbo reſpōdit Quid ſi cuiq̄
profecerī neſcio· ꝙ ſi ſuſcepi huius ſem
per remiſcor Expone igitur morbū quia
pandā ſi ſciuero curacōmis modū Tunc
vulpes g̃tias agens inq̄t Languorē nē
pe ſoror inextinguibil' ſitis patior Jn q̄
bus hec duo ſūt de q̄bus miror Vnū eſt
ꝙ cum bibo plꝰ ſitio Aliud vero ē ꝙ ex
tenuacis vitalibꝫ corpis fūdamētis a fo
ris ſola cutis intumuit Cui ingr̄a reſpō
dit Putabā certe tāta te fore arte call

ditatis aliq̄tulum in medicinalibus eru
ditam Sed video q̄ ipocratice diſcipline
totaliter es ignara Languor enim tuus
non vt eſtimas ſitis ſed fames membro
rum eſt Nm̄ cum in te flamma intempe
rati caloris infra ſuum modum remitti=
tur minoꝛ fit epatica digeſtiua. tunc aq̄
pro ſanguine gignitur et ſuo mēbra nu
trimento priuantur Atqȝ arefacta vi=
talis fameſcentia tibi ſanguinem concu
piſcunt Verum tu oberrans in huiuſmo
di iudicio appetitus. famem putando coꝛ
poris ſitim eſſe. dum pro cibo laticem do
nas ſecundum magis digeſtiuam debi=
litas. quo et minus ſanguine generato.
membra aridiora facta exinde plus fa=
meſcunt Propter quod cariſſime. etiā ſi
danubium deglutires. minime hanc ſitim
extingueres. ſed augeres Cum iuxta ga
lieni ſententiam latex ſubſtātialiter car
nis organa non humectet Iſtud nimi=
rum tantum in moralibus aſtutijs eru=
dita. naturaliter ex ea quam patitur a=
uarus in mente ydropiſi. cernere lucidi=
us potuiſti Namqȝ cum ex eius anima
per cupiditatis exceſſiuum incendium

cõrumpatur proportio caritatis. ac di=
geſtiua mox electõnis oberret. ſubſtan
tialis boni pdito ſanguine. ſitibunda ſta
tim ariditas deriuatur in mente Sed cũ
mentis deinde ſecutienȝ appetitus. bona
temporaliter fluida quaſi potũ pro cibo
cupiat. pro ſubſtãtialib9 et eternis quã
tumcũqȝ ſollicitudinis pverſe circa pocu
lum pecunie ſubminiſtret. ſitis magne
cupiditatis accẽditur. qñiam mundanis
opulencijs ſpiritus ariditas non minui=
tur ſed augetur Accendũt enim hec af
fectum grauiori auiditate. dum fallunt
boni appeticõne. quia bonum ſolidum af
fectatur et apparens tribuitur Bonita=
tis ſolide ſubſtantia non reperta affect9
vehementius inflãmatur Natura quip
pe prouocat deſiderium mentientia deſi=
deratum Igitur ſi creſcentis cupiditate
animi poſſeſſio mundus eſſet capax. aua
ricia plus ſitiret. ac mentis exiſtentia ta
beſcente inanis glorie tantũ foris cutis.
tumeſceret Quemadmodũ ergo auarus
ſi caritatis largitate cupiditatẽ extinxe=
rit. ſaciatur Sic pdropicus naturali con
fortato colore. ſi arida membra cito ro=

fauerit mox curatur Quibus auditis do-
trici agens gratias vt ſic ageret vulpes
erudita ſeceſſit.

¶ Qd meli⁹ ſit egē mīn⁹. q̄ꝫ magis habē
¶ De vulpe et ſymea ¶ Ca. ix.

Iocoſā veſte induta ſymea. vex
et cathenula irretita vam cū cor
poris hīnc īnde hilāitate iubilās
exultaret. cucurrit. autē hoc intuens ad
eam vulpecula q̄ gaudioſe gaudioſaꝫ ſa
lutans. tante mox iocunditatis queſiuit
de cauſa Cui illa quidē adhuc animi mo
dicitate feminei memorans. deriſe nudi=
tatis iniuriam retroactaꝫ. ſimul cum re=
miniſcentia nata ira. vade inquit Tu olī
deriſiſti nuditatem meaꝫ vel paupertatē
intuere nunc gloriā qm̄ vſqꝫ ad me diui
ciarum exundantiū humanarū non min⁹
feliciter q̄ꝫ liberaliter dulcis fluit fonta
na Ad hec confeſtim vulpes vt inanē
tumeſcentem minueret. ac ſuperbienteꝫ
leniter pondere ſententie inclinaret ſic re
ſpondiſſe dicitur O ſi te feliciū. felicius
inq̄ꝫ opum rationis et circūſpectionis de

curſu· res humana contingeret et foris
non pellem decor opulentie· ſed ſplendor
ſapientie· intus eſtimacionez ornaret· ac
te infelicez felicitate ꝓſpiceres In hoc
fore opibus inopez iudicares Veſtimē
tum enim preter hoc ꝙ cathena et cip
po teneat· priuatam qua nullum in do=
mis aut diuinius aut ſuauius dixerim li
beralitate. liberāqȝ ceruice captiuauerit
euidens eſt indigentie argumentuȝ Nā
qȝ nata feditate nuditatis niſi tabeſce=
res profecto quo nunc deriſa rides ſper
neres indumentū Si audiſti quidē· Adā
in paradiſi delicijs conſtitutus ꝙ̄ꝙ̄ nu=
dus· nullo tamen egens erat ditiſſimus
Verum poſtꝙ̄ ſubactus auaricia virtu=
tum gloria eſt denudatus· hinc egeſta=
te hinc cupiditate pauperrimus pia dei
prouidentia mox induitur Sed cum na=
turalis ſic opulētia non egere· artificial'
quidez quo indigentiaȝ ſuppleas hoc ha
bere· vicialis aūt vicialibꝫ non tamē ne=
ceſſarijs affluē et ſimilit' paupertas na
ture indigere. Fortune quidē hanc vnde
ſuppleas indigentiā non habē Auaricia
ſemper plus cupē Si ampliꝰ habes aut

ro indiges. aut nō indiges et habes. aut
hijs vteris aut nō Si vteris luxuriando
fatua. ſi non vtēis es retinēdo auara Si
vero egens habes artificialiter q̄q̄ di-
ues. natura tamen pauper es Vides igi
tur q̄ plus habere aut ſine quidē vicio-
ſitate. aut ſine aliqua paupertate nō eſt
Vane ergo q̄ quia plus habes gloria-
ris Ego certe me minus egere nūc glo
rior et nudaz arte. quo nec egeo neqȝ cu
pio veſtimentum. ditiorē me puto Mirū
rum qui minus eget. is natura diues eſt
cum ſit ipſe ſufficiens Solam nāqȝ hanc
ni fallor eſtimauerim veram eſſe opulen
tiam non aliunde mendicatam. ſed cupi-
ditate abdicatam. natiuā habere ſufficiē
tiam Et quidem tantum diuitem ſe puta
uit cupiditatis victor diogenes. cum at
tendens naturali vaſe magnum hauſtū
ſumentem viruz. et ſe ſibi neceſſitate hu
iuſmodi fore ſufficientē Inde q̄d et dū-
taxat cuz veſte poſſidebat. iam ſeipſo di
ues. potacōis fregit faſculū. et potēt pe
ditās ſpreuit equū Ob quā rez huiꝰ mū
di diuitie. aut pauptatis naturaľ opila
tiuū ſolaciū aut cupiditatis āxie iugū fuit

onerosum Diſce igit̄ ꝙ meli⁹ ſit non egē
ꝙ indigenter habere Quibꝰ diffitis au
dientis riſum verſum in luctū dimiſit ⁊c.

¶ Que ſint vere diuicie

¶ De adoleſcente qui iuit ad aureos
montes ¶ Ca. x.

Adoleſcens quidam flāmis aua
ricie ſeuiliter iam accenſus. cum
vidiſſet mōtes aureos beneficē
tie natural' excreſcēte vena eſſe in india
huius eſſe comes deſiderans mille p̄ pe=
ricula tandē hinc peruenit Cum igitur p̄
fuſus iocunditate. pupillis ſtillantibus
auri cupidine rutilantes montes deſide=
rio conſpexiſſet. attractus auro. impul=
ſuſqʒ vicio. feſtinus anhelaret attingere
gigno ſophiſticorū quidam. ſalubriter
currenti occurrens. rei huius queſtione
gnarus Ignaro iuueni dixit Quantoti=
us retrocedens caue. et ne procedas vl
terius. qm̄ ſi griffes appropinq̄re te vi=
derint. iam p̄ auro perniciē habebis Qui
bus ille ſic cupidus tam flebiliter ꝙ ter
ribiliter auditis. mox totuʒ gaudium in
gemitum cōuertit Hinc doloroſe memo

tans. tantum vane actum laborem. hinc
nimis plorans perditaz ſpē Hinc vniūſi
mundi regimen magis feris q̄ viris. tā
tis conceſſis opibus. deteſtans prouidē
tie ordinem Cuius quidē doctus ille cor
de lacrimis emollitus. vt cōſternatuz ad
terram cōpaſſione erigeret. et ſauciatum
ratione miſericorditer inquit Conforta=
re fili En ego nāqz pandam tibi magnū
theſaurum. tunc promiſſione hac dolori
bus mitigatis parum confortatus reſe=
dit Cui mox alter adiūxit Dic michi ro
go te. quid tibi ſummum putaueris eſſe
bonum At ille hoc certe ni fallor. quod
a me ſumme diligitur. id autem ſumme
diligimus quod ſummum bonuz eſſe pu
tamus Menſuram ſiquidē boni amor ſe
quitur. mox alter Recte iudicaſti Sed q̄ſo
vt dicas quid magis diligis At ille au
rum certe. cui vniuerſa deſeruiunt Pecu=
nie nāqz iuxta ſalomonis ſententiaz obe
diunt omnia At hec tandē eruditus ma
giſter. vt magis cupiditate q̄ dolōe ſau
ciatum pectus auditoris ſanaret. piū ra
tionis dedit anthidotuz dicens Bene vi
deo q̄ auaricia habz oculū ſed non viſuz

Nam bonum prediligis. et hocipſū cum magis appetis non agnoſcis reſpōde michi Qua quidē aurū ratione ceterequ deſiderabiles res ament. nonne quia informantur boītate. ſicut enim odienti forma malum eſt. ſic diligenti et bonuz Sub ratione quidē boni cuncta diligimus Sed qm̄ propter quod vnūqdq3 et illud magis ratiocinatione percipit. propter qd quod amam9 id magis eſt amicū Amamus enim vniuerſa ꝓpter bonuz Igitur finis omniū deſiderabiliū et ſummū amabilium eſt bonū. qua mirum ex re Jam amice rutilant aſpicias. quod vniuerſalit bonum appetis. ipſū maxime diligis hoc in omnibus volitis queris. ꝓpter hoc cetera concupiſcis Verum cum digeſta ſit diffinitiua ſentencia. idipſū eſſe ſummuz dilectum. hoc tm̄ cunctis ſummum eſſe bonum. ac totius theſaurū peticōnis deſiderate rectitudinalit dixerim. quod eſt eſſentia bonitatis hoc aūt aurū non eſt. ergo nec ipſū poteſt eſſe ſummū bonum Vnde illud ſūmuz bonū eſt. qd omēs naturaliter diligūt. nec eſt qui eius effugiat appetitū Nature nāq3 noſtre hoc bonum finis eſt. ad quē naturalis dilectio

nis impetu cũcti deferim̄ Omnia enĩ na
turaliter ſuũ finē expectāt Attam̄ quis
plures ſunt viroꝝ. qui non ſolum auruz
non appetũt. ymo vt inimicũ virtutis pa
ciſqz fugiunt et effundũt Nāqz bragmā
ni vt libera trāquillitate ciuiliter verſa=
rentur. aurũ totaliter a ſuis finibus ab
dicarũt At brabite ciuilitatis cultores.
ne vſu eius polluti auaricia. corrũperent
equitatē et ſalutarē pacē perderēt id in
terrarũ profundũ abiciũt Huius genus
metalli cum emũt Vnde magis putandꝫ
fore malũ q̄ bonũ rebꝫ humaīs aurũ v
tutũ zelatores ſenſerũt Ampli⁹ autez ſi
ſummũ bonũ hoīs corporales opes eſ
ſent Vt q̄d nature ꝓuidētia circũſpectiſ
ſima. hec quidē diuicialia bona. feris ma
gis q̄ hoībus eſt lágita Smaragdīas
nāqz gēmas. arenulaſqz aureas ſithie.
hoſqz mōtes griffes poſſidēt ⁊ metallo
rum āpliſſimis veis multiſqz lapidibus
precioꝭ nobis abditis. terra gaudꝫ Nō=
ne ſic apparet q̄ natura ſagaciſſima per
uerſitatem auaricia confutauit Cum de
ſiderabilium quidez opum maiores lon
ge copias ad poſſidendas brutis dederit
aut in ipſis abſconderit elementis.

Hec nimirum alienata naturaliter alie-
na a veris noſtris bonis ſe eſſe fatentur
Poſtq̄ igitur finem amabilium bono-
rum queris qđ ſumme diligis. fuge au-
rum. ſperne diuicias. cupiditatiꝫ extigue
flammas Non enim ditant ſed depaupe
rant dum animi viciositate captiuāt Tā
tum virtutem quere et qđ queris intus
habes Theſaurus nāqꝫ ſumme bonita-
tis non alibi q̄ in ſuis amatoribus ſiſtit
Quibus quidem diligenter audiſti mox
fugata cupiditate diuicialem virtutis ve
nam in ſe letatus eſt inueniſſe rc̄.

Vbi ſit curandum ditari
De vulpe et muſtela Ca. xi.

Macilēta vulpes. vt ſeipſaꝫ ping
uedine refarciret In pingue cel
lariū ſtricto reperto foramie in
trouit Quaꝫ cum ibi morās aſpexit mu
ſtela ſalutatione peracta. cepit querere
ad quid et qualiter introiſſꝫ Cui vulpes
reſpōdit De toto quod petis ſoror. vna
tibi carnis macies ſatiſfaciat Ipſa nāqꝫ
dedit aditū. per anguſtū foramē veni. vt
eam effugerē ſociā carnis noſtre letaleꝫ

Tunc muſtela ſagax·ſagaci ſagaciter in
quit Certe indebitam carnis maciem fu
gare bonum eſt Sed propter pinguedi
nem vitalem· carnem perdere puto ſtul=
tum Dementia quidē illud āmittere· ꝑp
ter quod agitur res Mox vulpes Equa
nempe eſt ratiocinatio iſta·tunc muſte=
la ſubiunxit Si tibi placet dare rationis
ꝓpoſitum queſo magis vt conſequens
conſilium ſit acceptū Videtur michi q̄p
pe ſoror vt anteq̄ alienis rebus ſitibun
de cupiditatis dentem furibundum adhi
beas· et aride pelli dilatiuā pinguedinē
addas Indurādo mox corpori tranſitum
oportunum prouideas. et ipſuꝫ ſi neceſſe
fuerit inquiras diligenter Nam per illū
artiſſimum quo macie cedente cute libe=
re introiſti impinguata·incraſſata· dila
tata· duraqꝫ pelle cum neceſſitas aderit
aut voluntas·redire ad liberum non va=
lebis Verum cum ſit vt video· fuge non
aliunde preſidiuꝫ ſi comederes cutēqꝫ re
pleueris alicis aut oportebit te que aui
ditate delectabiliter ſumes vt exire va=
leas poſtmodum cum nauſea euomere.
aut preuenta a poſſeſſore dilectiſſimam

vitam dolore finire Et ſi quid tibi erit
carnis craſſicies· niſi amara turbatio·cer
ta captio·pondus intollerabile·et laque
us doloroſus Nūquid noſti q̄ ſtricta na
ture ianua·paruulus nuduſqꝫ homo·vix
maternis ſtridoribus liber egreditur in
hunc munduꝫ Quid ſi cupiditate homo
affectus· et mundialium rerū placidita
te allectus·minime conſultus de exitu·
opibus rapaci manu hinc inde collectis
fuerit impinguatus·cū tandē morte hic
compellitur exire·porta iuſticie ſtrictiōi
reperta·que delectatione rapuerat·mox
aut doloribus euomit· aut ſecū hec om
nia vita ineternum perdita perdit Rece
de hinc ergo cariſſima et non des ſubſtā
tialem pro pinguedine pellem ac ibi ti
bi prouidentius quere paſcua·vbi opu=
lentia eſt eterne ſecuritatis Quibus ſer=
uatis diligent̄ vulpes·paſtu ſūpto p̄ſen
tis neceſſitatis libera et docta receſſit·

Contra eos qui libent̄ ſuſcipiūt munera
De ſymea et hiſtrione Ca·xij.

Cupida veſtis ſymea cōfuſibilit̄

vt polluta cooperiret pudenda. cum cer
neret hystrionem ioco letū. pluribus in
dumentis donatum. vt ea manu prodi=
galitatis effunderet. mox ad eum ſe con
tulit. et parata ſalutacōe ſubiunxit Ne=
ſcio certe cuius inſtauracōnis cauſa tam
in beneficijs mire largitatis profuſa cau
dula. pudibunde vilitatis latibulū. nulli
vnq̄ȝ inuida cum ſit totius bonitatis ex
undantiſſima fontana. michi natura nō
dederit ſed reliq̄rit nudum Vnde ad opu
lentum inops. ad liberalē egena. audacia
neceſſitatis accurro Cui ille. leuiori lin
gua veſtis auida mulcēs Tibi inq̄t hec
nuditas. amica grande donū eſt. cum ſis
rationabilibus conformior formata. nō
beſtialiter cum cauda ſed arte quaſi ho
mo exōnata. humanis gaudeas opulēcijs
Nimirū latent quoſdā nature beneficia
Sed hijs diffuſis grandi libertatis impe
tu repleta ſunt oīa Attamē qd flagitas
ſatis gratū habens. ſane do. atqȝ mellis
fauū qd libenter deuoras ſupaddo Tūc
ſymea letant ſuſceptis beneficijs g̃ta g̃
tias agens. ac nimis magnipendens. q̄
tam liberaliter vltra q̄ȝ petieīt habuiſſȝ

cogitauit vt velut cuncte rei ſibi neceſ=
ſarie tam gratioſo largitori inſepabilit
adhereret Cui dixit Satiſqz mea me natu
ralis ad te imitandū ꝓpetas inclinat ſed
profuſa tua magis attrahit benignitas
q̄obrem amice ſi dignaris. ſeruire ſum
parata Mox ille Placz inqt michi tam
gratant donata comitiua Magis tamē
et bene conueniant iocus et bercha Vex
ne quādo fortaſſis dilectam te vagabū
dam rapet dulce malum male cōputata
libertas. dilectiori largit donanti neceſ=
ſaria coniūcte dilectōnis vt ſeruitutis li
bere adhēbis cathēa. que incōſulte iam
ſubacta donis acceptauit per grandē li=
bertatis rem. non grandi munere callido
ſtolida commertio. mercatori mox ſe ex=
hibuit captiuandam Jrretitā ergo natu
ra diſpoſitam ludere q̄ totius eruditā cu
piditatis ſue ludis protinus expoſuit. ac
ſuis tempeſtatibꝫ dilectionē conmuibꝫ
aliēis miſerā ſeruire coegit Qua mirirū
interdum magiſtro minꝰ correſpōdente.
aut vt puniret defectū. aut impudico lu
cri ludibrio magis vt ſequeretur effec=
tum ab omnibus videndam nudabat.

ſuper hoc acetoſo potus hauſtu meſti-
ficans. tunc quidem luce confuſionis ac
tribulationis fellite antidotū pruden-
tie. oculis ſymee reſtitutis. cum percipet
durioris patroni nunc ire nunc auaricie
ſe captiuatam ſeruire. ad cor reuerſa di-
geſte ſententiaꝫ talem dicitur protuliſſe
O ſubornatuꝫ deceptiue cupiditatis ha
mum. letiferum munus. munerū natura
lium ademptiuū. grauiſſimū obligatio-
nis pignus. ſtulti et ſapientis cōmerciū
minimum. maxime emptionis preciū. ſer
uitutis iugum. iniq̄tatis fermentū. cap-
tiuitatis indicium. fomentū diſcordiaruꝫ
ſubuerſio ciuilitatum. omniūqꝫ ſemina-
rium malorum. aīatum venenum. non
immerito certe amica veritatis equitatis
et pacis. cunctarū virtutum ſocia. dum
lex ſuſceptionē munerū iudicibus inter-
dicēs inquit Exodi xxxiij. Munera exce
cant etiaꝫ prudentes. et puertunt verba
iuſtorum. plane quideꝫ elucidās. ꝙ hec
ipſa prudentiam fugant. iuſticiam diſſi-
pant. intellectualis mōaliſqꝫ virtutis cō
ſiſtentiam vaſtant. omnēqꝫ rectitudinis
vitam necant Reuera muneribꝰ excecatꝰ

tam admirabilis balaam perijt· muneri
bus iudicialis ſedes domus Jacob dep=
uatus liberis ſamuelis· iſrahel in preiu
dicium cecidit Muneribus corrupto ſe=
natu dudum florido ſicut prouiderat pri
ceps ingrauata murmuratione romana
gloria tranſiuit Jd enim cum emptis in
iquo munerum precio· datoribus legum
fratricida ingratiſſimus Neq̃ predo iu
ſtificatus in iuſticia receſſit in roma· con
uerſo vultu clamauit et dixit Vrbem ve
nalem et matrem perituram ſi inuenirē
emptorem· ob quas res mirum· qui nō
paruis ſapientia cultum virtutibus ani
mi poſſederunt· magnis coīpſo laudibus
ſunt dignificati· ꝙ magnorum maxima·
maxime libertatis amore munera cōtēp
ſerunt Quantis enim titulis glorie ſup=
fertur ille diogenes· dum calcatis opi=
bus regis libere tam accipientis volun
tati expoſitas raptas azie· tutas macedo
nis gazas allexandri per medias· nudus
mole ſed virtute opulentus inceſſit Jta
ſiquidē eo locupletior maiorqꝫ ſplenduit
quia pl⁹ fuit hocipſū qđ noluit· ꝙ dare
qđ ille diſpoſuit aut poſſedit Quātis au

tem certe laudationibus mirus morum cultor Socrates extollit. cū archelai regis poteſtatibus ſatis quidē magnis petebatur muneribꝫ honorādus. reſpōdiſſe fertur Nolle ſe ad eum venire/a quo acciperet beneficia. cū reddē illi paria non poſſet. liber quippe eſſe voluit. dū ante reddere quam ſuſcipē in ſpreto munere cogitauit Quātiſqz ſimilit preconijs curialitatis romanus approbatur Fabricius. dum quadrātie mun⁹ viro pauperi a pirro rege oblatū. virtute ditiſſim⁹ renuit. magis eligēs honeſtatez ciuis liberi. quam muneribus empti regis glorioſitate potiri. Qua pfecto re multomagis emicuit. dū rex admirat⁹ ſpectabilē. ac vbiqz ſemp tonāte laude ſup ſolē erexit dicens Ille eſt fabricius q difficili⁹ ab honeſtate et a rectitudie ſui curſus quam ſol auti poteſt Quid plura Certe nil tam cari⁹ vendit ac perdibili⁹ ſumit. quam mun⁹ cupiditate volitū ac donatū Quibꝫ diffitis et ſi nō came ab auaricia. tam libera mēte quiuit

Contra eos qui cupiendo feſtināt ditari et letantur quantotius ſe diuites eſſe factos.

ORta eſt cucurbita iuxta palmaz
ſed radicem habens violentiſſi-
me fugitiuam. paucis ſurſū rap-
ta diebus. ac antiquiſſime quidez palme
incrementis quantotius violentioribus
adequata apposuit dicens Palma ſoror
quantū temporis habes Cui illa centuz
viginti annos Tunc cucurbita mature ſe
creuiſſe gaudens grata nature dixit Gra
tias tibi ago. quia michi pro anno diem
dediſti Nam qd palme ſolaris alacōnis
infra zodiacū annus. hoc michi dies de-
dit. te operante. que profuſiſſimis bene-
ficencijs. quas quidē agis rebus mune-
rum tribuens et augmentum diuinis pe
riodis Mox ei palma. vt ſuperbiam de
qua ſe leuaret deiceret ac quo letabat
triſtaret ita fertur dixiſſe Bene es cucur
bita. curuatū iudiciū habens Nāqz ſi ſa-
ne ſentires. in te non rapina vis. ſed iudi
catiua vigeret. et vtiqz attenderes ꝙ re
gularitate mirabili. natura cuncta diſpo
nens. iuxta modos augmentationis men
ſurat ꝑiodos durationis Reuera quod

immature creſcit cito decreſcit· et paula
tim auctum longe eſt duratiuuz Effime
ra piſcis repentinus augm̄tatus Eo die
quo oritur· moritur Et elephas centena
rium venit ad terminū· quia feſtinū non
habuit incrementum Torrens rapidus
cito conſumitur· et tardꝰ amplꝰ paſſu mo
deraminis antiquatur Melius eſt ergo
paulatim creſcere· et diutiſſime viuere·
q̄ celerius ſupercreſcere, et q̄ totius a=
riditate finire Quibus non certe ſine tri
bulatione auditis·ſuſpirās cucurbita dix
it Quis te hoc docuit Et illa Tarditatis
quidem mee antiquitas Nam in antiq̄s
eſt ſapientia Tunc ille meſticiaz tandem
addente ſcientia talibus in preiudicium
ſuum et cōmodum aliorū erudita cucur=
bita cum lacrimis exclamauit et dixit O
nimirum infelicem rapacitatez cupidi=
nis ac violente radicis· ac feliciſſimā mo
derantiam equitatis Que enim cito ve=
rat violenta rapacitas effunduntur poſt
modicum ſed que paulatim acquirit eq̄
tas nunq̄ deficiunt· quia in ſempiternuz
manet iuſticie fundamētū Quibꝰ dictis
conticuit·

Contra eos qui ſe raptis diuicijs plenos eſſe gaudent.

De ſanguiſuga et formica Ca. xiiij.

IN membri languentis anthidotum corruptis humoribus aggrauati ſitibunda ſanguinis apposita ſanguiſuga gratulari cepit ad modum. quod ad fontem venaruz peruenerat a ſe diutius exoptatum Cum igitur acumen oris per poralis cutis meatus venã theſauri viuifici attigiſſet Et membris totis. delicioſa tũc auiditate ſatis quod ſitiuerat biberet. arte mirabili nociuũ ab vtili ſequeſtratum. natura diligenti ſagacitate approximante malis male cupida plena eſt Sed cum letalis hauſtus in totaz perfuſum virus inciperet ebullire. ac quam totius pararet virus mortem venenataz dolor ingens diſiungeret. et iam clamore periret Mox ad dolentis vocem venit formicula granũ trahẽs Que dixit Quid eſt quod accidit tibi Et illa Amatũ quippe ſanguinem putaui ſugere alimentuz et exhauſi venenum Cupidam nãqz decepit approximator auarus. qui retinens ſibi

commodum ſugentis in perniciem dedit
virus Tunc formica ſubiunxit Bene vi
deo q̄ ſtulti ea que ſibi ſunt noxia cupi
unt Et adiungens inquit Neſciuiſti q̄
qui alienum ſanguinem ſugit· propriaȝ
perditionem ſumit Et dum male q̄d cu
pierat rapit hoc letaliter poſtmodꝫ euo
mit· et ſe ſibi precariſſimū perdit· hac re
uera draco tam callidus peſte cupidita
tis illuditur· qui vt experti animaliū tra
dunt dum hoſtiliter concupituȝ· queȝ vi
et arte preuenit. hinc caude potentia ir
retiti pedis auferēdo refugiū· hinc oris
morſu inimicum querendo inſtrumentuȝ
auidius elephantis ſanguinem ſugit et
plenus ſe perimit Et non tam iocundus
bibit q̄ doloroſus ſe extinguit Totū eni
quod rapitur raptori eſt virus An ig=
noraſti q̄ auarus raptor· dum lupinis
dentibus et cocodrillico morſu alienam
rem deuorat· propriam alienat totuȝ ſe
diſſipat et corꝛvaſtat Quoīaȝ et male q̄d
congruit raptoībꝫ parat Nam chaldeꝰ
aſſiriū· perſa caldeū· perſā grecꝰ· ac p̄do
nem predo· ſic expoliat grecum romanꝰ

Gaudeo igitur q̄ nullius ſanguinē ſugo ỹmo prouidentia curo· diligentia quero iuſticia congrego· ſapientia ſeruo· quibꝫ nulli ꝑdo· laboꝛis iuſti meritis viuo Quo dicto ſanguiſuga ſimul cum vita cruo= rem raptum euomuit ꝛc·

¶ Contra eos qui laborare nolunt et de rapinis viuere ſtudent.

¶ De Ape et aranea ¶ Ca· xv·

QVi laboris ad ſtudium api per genti· arte terēs aranea ſue frau dis rethiaculū tendens. cum eo iam ſe illa trāſiret mox inquit Quo qui dem querula tempeſtate. tam q̄etis im= patiens. tota die vaga curris et circuis Cui illa virtutis ſuauitate mellita pati enter reſpondit Diſcurro per flores eq̄s laboribus emens pabulum mellis Tūc aranea dixit Stultum eſt tantū pro ſtil= la roris melliflui circuire Ad hec apes adiunxit Stultum ỹmo eſt q̄ indicas nō ſentire Stolidiſſimum autem pro victu vitam euomere Pro viliſſima re medul lam cariſſimam fundere. pro incerto cer

tum impendere·pro minimo magnum ꝑ
dere· ac pro fetidiſſima muſca te ipſam
euiſcerare Ego certe nichil de proprijs
amittendo. laboro ſemper ad certuz Tu
autem tota die inſidiaris euiſcerata pro
incerto das et perdis intimum tuum vt
rapias extrinſecum alienū Attamē cum
in rethiaculum occultatuz nichil incide
rit quid habes aliud·niſi quod perdidi=
ſti Omnis nāqz fur ante perdit ſua q̃ ra
piat aliena Dat pro veſte fidei gloriam
pro auro iuſticiam·pro cibo vitam· ꝓ ac
cidente ſubſtantiaz· et pro iniquitatis ne
ceſſitate paſcenda mercator ſtolidus vir
tutis clariſſime perdit famā Melior igi
tur eſt labor factus iuſticie. q̃ rapacis
auaricie tēpeſtuoſiſſima quies Hijs au=
ditis poſt cōfuſionē aranea ſe abſcondit·

Contra eos qui vt ſplendide viuāt
rapine dant operam·

De boue et lupo Ca·xvi·

Poſt iuguz laboris ac cōmodi in
pabum falce lingue bouem her=
bas metentē vagatundus ocio

lupus rapax cum cerneret Mox ad eũ veniens inquit Quid est hoc. ꝙ tam validum animal acutiſqꝫ cornubus adarmatum. non ſolum ab homine iugũ tolleras grauiſſime ſeruitutis Sed quod deterius est post tam grauis laboris onus viuis edulio vilitatis Certe ſi ſuper artem doli vigoremqꝫ dentis michi tanta natura validitatem dediſſet. ꝙ̃ ꝙ̃ ſine laboribus ex carnibus vegeter. aſelli tamen eſum vix dignarer Ad hec bos ruminata ſententia reſpondiſſe dicitur O ſi innocentie bonum. manſuetudinis fructum. equitatis cõmodum. paciſqꝫ decus libra rationis appenderes. et hoſtilis rapacitatis reatum diligẽtiori circumſpectione librares Videres nẽpe quante calamitatis ſit ſeuire hoſtiliter. ac rapaciter viuere. cum nequiſſima vita miſere iuuentutis ſit lues Nãqꝫ cum male viuitur et viuatur. virtutis nobilior vita vera perimitur Et ea que relinquitur vita cum in ea viuat vicialis calamitas neq̃or mors efficitur. et ſic vita per ſemeetipſam dampnatur Quid igit̃ ꝙ ociose rapacitate viuis malicia gloriaris Atten

de q animalia viuentia de rapina huic·
diuina lex huiuſmodi immunda dicens.
in holocauſtum huiuſmodi prohibens.
eorumqȝ eſum hominibus interdicens
vt maligna dãpnauit Hinc natura rati=
onalis cena tẽpore ſue complexionis di=
ſcordia ſemper abhorruit Hinc auctor
effectiua ars. Felle venenoſitate. Ferita
te·ac ſolitudine·hec deteſtanda notauit
Nam et omnis furis inmũdiſſima mens
diſtorta anima·Fellita volũtas·ciuilita=
tis emula·Ferociſſima vita Ferre igitur
iugum in profectum omnium· ſuauiſſi=
mum onus virtutis eſt michi·et tempe=
ſtuoſa libertas in preiudicium ſingulo=
rum ſeruitus vicioſitatis eſt tibi Sic
nempe carius eſt michi comedere fenuȝ
de labore iuſticie·q̃ hedũ de ſcelere aua
ricie violẽte Quo audito lupꝰ confutatꝰ
diſceſſit.

¶Contra fures qui ibi pluries cõpre
hendumtur vbi latere crediderunt

¶De noctua que conqueritur
contra lucem ¶Ca·xvij.

Cum multum de nocte noctua
in furti fauore deſudaſſet Ra=

dio p̄uenta diali minus intuens. ſed plꝰ timens cepit de luce conqueri et maledi cere ſic diei O caliginoſam lucem obſcu ram diem. accuſationem apertam. dubi tatione letiferam. vt quid preuenisti me Cur tam cito veniſti Ecce quidē iam non video vbi condar. iam viſa ab inimi cantibus auibus confundar Cui mox ad uerſatrix lux ſic reſpondit Nimirꝫ ꝙ tibi neq̄ꝙ odioſa ſuꝫ gaudeo. ſed magis ꝙ ca liginoſa ſum iubilo Attamē maxime ꝙ dampnoſa exulto In nocte enī vides vt noceas ceteris quieſcentibus Inquie-taris vt rapias. vniuerſis dormientibus vigilas vt occidas Inquietaſti noctem ſpreuiſti diem. odiſti lucem. peruertiſti ordinem naturalem Reuera certe aues cum ſurgo ſurgunt. cum aduenio iocun dantur. cum appareo ad inueniendu pa-ſcua ventilantur Tu vero ſurgente die quieſcis. vt lateas. apparente die diſpa res ne pereas. ac vigilanter dormis. vt per noctem malefaciēdo diſcurras Qua re illuminatrix cunctorum ſum tibi tene bra odioſa. cūctis gratiſſima. ac tibi mor tifera. tam vniuerſis ſecura. niſi ꝙ pro-

fecto oculus tuus neq̃ est. cor maliuo=
lum. conſciẽtia ſceleroſa Non miror ſi cõ
tuitus tuus frangit ſaphirum. qui atro
cis fugat venenum. quoniã ĩeternũ ha
bes ſpiritum venenoſum. qui impugnat
virtutem. fugit lucem. et odit ſplendorẽ
Attamen ꝙ manſuete aues inimicantur
tibi. euidens argumentũ malicie tue eſt
contra quam non omnis dũtaxat arma
tur lex. ſed ſiquidem equitatis ipſa ami=
ca. tota etiaꝫ inſurgit natura Quibus ta
liter diffinitis. adũſus eaꝫ iam currẽtibꝫ
auibus. mox dilaniata eſt manſuetudis
inimica.

¶ Prouerbiuꝫ oſtenſiuuꝫ differencie inter auarum et liberalem.

¶ De Aranea et verme faciente ſericum ¶ Ca. xviij.

De medullis proprijs fila ſerica
vigili circuitu. vermi condẽti la
borans prope ſimiliter ſed diſſi=
mili ratione. et tantam opificis ſtudioſi=
tatem ꝓſpectans araneam dixit. Vt qđ
frater mi. tam temetipſum tempeſtas
euiſcerãs. ꝓ non tuo At ille Tu aũt te
quid Et illa Ego quideꝫ laboro ꝓ meo

Mox ille Quid est tuum Cui aranea dix
it Bonum meum est preda certe quam
capio. hoc in rethiaculo incidentez Ad
hec illa Que nãqz est pda Et illa Pre
da mea est musca Quibus auditis ver=
mis locut⁹ est dicens Nimirũ soror mea
detestanda michi videtur ars fraudulen
tie. cassus labor dementie. ac repudiãda
preda miserie Nondum nosti vt video
q̃d sit verum proprium bonũ. hoc enim
est intrinsecum non extrinsecũ Tantũqz
illud quod possessore non volente perdi
tur Igitur hoc est in quo sponte ipsum
adeptus reliquerit est vnusquisqz inuic
tus Is nãqz veraciter vincitur. quia bo
no proprio spoliatur Bonum autem ex
trinsecum census est. vt q̃d volente pos=
sessore abraditur. et false prestantioris
iudicatur esse potentie Sic enim bonum
proprium virtus sola fore dinoscit̃ qm̃
hec est cordis. et que quidem te nisi eaz
reliqueris non relinquet In ea dumtax
at nisi velut possessõ vincitur. quãtumcũ
qz aut intus aut foris molestias paciã
tur Reuera hec est possessio mea. ea in=
uictus. liber diues. quietus. tutissimus.

et ceterorum bonorum non cupitor ſed
poſſeſſor· exundantia ipſius bonitatis in
bonis innumerabilibus meipſum effun
do Bonum enim diffuſiuum eſt ſui Igi
tur bonum meum eſt liberalitatis veriſ=
ſima virtus. quia cum communitio pro=
pria michi hoc magis approprio quod
cum alieno poſſideo· cum diſtribueó col
ligo· et dum expēdo recondo. ea nimiruz
vt cunctis proficiat celū rapidiſſimo cur
ſu voluitur virtuoſa lumina ſidera fun=
dunt. aer torridus concreſcit in pluuiaz
et vbiqz tam cōmoda germiat terra Ea
quidem non ſibi ſed alijs germificat na=
tura liberalis gignit metalla· ſcaturiunt
fontes. fructificant arbores mellificant
apes· et cara vellera. ferunt oues Tota
igitur nature ars· labor et ſtudiū ad be=
neficiuni exhibendū ex virtute liberalita
tis concurrunt Hoc igitur agēdo ſequor
illud· et ex medullis carioribus impende
re conor Quibꝫ auditis. illiberalis ara=
nea confuſa a doctore liberalitatis· ob=
mutuit.

Prouerbium oſtenſiuum ꝙ libera
lis dat gratis.

## De terra et aere                Ca. xix.

Cum post effuſionez pluuie. quā dederat aride ſicienti. calefactus aer. ex eadem vaporales humi= ditates exhauriret. mox ei locuta eſt ter ra dicens Vt quid tam cito humidū ſub trahis quod ſitibunde gratioſus parū an te dediſti At ille reſpondit Adhuc tam antiquata ignoras Niſi hoc ſumerem il lud nullatenus tribuiſſem Idcirco enim dono laticem vt aſſumam vaporē Tunc terra ſic inquit. letalius quippe cupidi= tatis eſt virus. qđ liberalitatis ſpē tegi= tur Tanto enim amplius nociuum vici= um eſt. quantomagis apparentie pallio ſe virtutem mentitur Dicā igitur in tur peris. ꝙ non es effuſor. ſed mercator ra pidus. non donator ſed venditoꝛ cum ſis nequaq̃ es liberalis Liberalis nāqȝ eſt qui ſua bona liberaliteꝛ diſpergens non cōmutat ſed donat Donare autē eſt gra tia tantum virtutis impendere Vnde ra tio liberalis donacōis poſſeſſe. boītas eſt virtutis Nō enī donat liberalis intēdens

aliquid contra ſe volitum· ſed dumtaxat
ad perficiendum operibus internum vir
tutis a ſe poſſeſſum iam bonum At vero
qui alienum dando deſiderat liberaliter
minime tribuit· quia ſeruiliter vendidit
non donauit Attende queſo ad virtuoſiſ
ſimas donatiões nature ꝙ liberaliter ef
fundantur Quid enim ab inferioribꝰ ſu
ſcipit celum· quibus omnium ſuorum vi
uificum preſtat continue beneficiū Quid
titan luminis dialis emiſſiōe Aut quid
ego ab homine· ei ſtillando genitam ve
nam auri. vitis liq̄rem ſuauiſſimū Apis
dulciſſimum fauum mellis Nichil certe
quoniā liberalis natura amādo duntax
at virtutis bonum Dat dona Nulla enī
verior aut maior donacōis eſt merces ꝙ
ipſius donatiue virtutis grandiſſima res
Quibꝰ auditis ille de q̄ſtu illiberalitatis
erubuit·

Prouerbiū ꝙ liberalis dato beneficio
non improperat exigendo laudem

¶ De vermiclo faciēte ſericū Ca·xx·

ACcepto beneficio ſerici ex medul
lis proprijs liberaliter tam do=

nati cum ad cōdignas exhibēdas gra=
tias ei gratus quereret largitorem. ſub
circumcluſo firmiter cortice. ipſuz abſcō
ditum reperit. poſt diligentis inquiſitio
nis laborē Cui mox gratiſſima voce dix
it Ut quid mi cariſſime proprijs etiam
liberaliſſimis de medullis. de facie dūtax
at ſic auarus te abſcondiſti Certe maior
michi erat meſticia ad gratiarum actio
nes non inueniendo te. q̄ leticia fuerat
tam magnificas donationes in ſuſcipien
do a te Quibus a grato cum rubore au
ditis Hec vermiculus liberalis reſpōdit
Tu quid cariſſime ad agendas gratias.
tantillum pauperem inquirebas. cum ti
bi exiſtimem me dediſſe Nāqz vbi bene=
ficentium actionis nullum digne ſequi=
tur debitum Attamen amici pauperis
ſi vti digneris gratias agere meum erit
Quia pro certo maius eſt donum grate
ſuſcipere q̄ donaſſe Pro eo ſiquidem ve
re liberalis precibus tribuit ſi quod do=
nat grate ſuſcipitur. et magis ſuſcipere
ſe indicauit. propter hoc a grato non a
liud erigitur q̄ hoc quod gaudioſe ſu=
ſcepit Igitur abſcondit faciem fugit

laudem. nullam repetit exteriorem mer
cedem Nūquid potens eſt natura ger=
minificans. auri liberaliſſima tam profun=
da vena. virtus pomificās celi beneficijs
et auriga nonne aſcondit faciem. ne tāq̄
viſibilem gloriam exigentes. imprope=
rent donatam Marie que fuderunt Igi
tur natura et virtus non in faciem tribu
unt. quia nec rem nec laudem extrinſe=
cus virtualiter fuſis muneribus cupie=
runt Quibꝫ dictis. vale addito quieuit.

Prouerbium q̄ liberalis omnibus
quibus poteſt donat.
De terra et Primo mobili Ca. xxi.

ASpiciens terra q̄ primū mobi=
le preter ſe cōicato motu diurno
cuncta ſecum viſibilia raperet.
locuta eſt ei dicens Vt quid inq̄etas tā
tum oīa Cur tibi non ſufficit motū tuū
influere tantum vni At ille reſpondens
deſuper dixit Bene locuta es ſicut terra
obſcura. dementia tenacitate arida. cupi
ditate ꝑpetue ſitibunda Non attēdis q̄
meum inq̄etare eſt nobilitare. meū mo=

uere clarificarē· ac meum rapere libera=
liſſimum ſit donare Omnibus enim que
mecum mouentur . meam naturam con=
munico. virtutem natam impendo· pro=
priam cauſalitatē diſtribuo Aut quidē
ſi forte vni vel paucis impartiri ſuper=
habundas. meum illiberaliter beneficiū
voluiſti. tunc michi aut alijs crudeliter
inuidiſti Conſidera queſo ꝙ ſicut vniuer
ſale recipit· ſic vniuerſalis virtus conmu
niter agit Igitur quemadmodū vera iu
ſticia eſt ad omnes· ita beneficentia libe
ra deriuatur ad omnes Nam liberaliſſi=
mo radio titan cuncta reſperſit. nec vnq̄
effuſionis ſui ſplendoris terminos coar
tauit Epar vniuerſis ſanguinem mem=
bris cibalem diſtribuit Sic cor vitalem
vaporem per cuncta perflauit Senſum
cerebrum cunctis influit. et totum libe
raliter corpus anima ſubitum viuum fa
cit Igitur qui liberaliter donat cunctis
quibus poteſt accōmodat· quia non eſt
perſonarum acceptor ſed conmunis be=
neficiorum largitor Quibus auditis. ve
recunda terra obmutuit ⁊c·

¶Prouerbiū q̄ liberalis grādit̄ donat
¶De die et nocte ¶Ca·xxij·

Ad ſolis preſentiam facta die· cum nox totaliter fuiſſꝫ excluſa. ſtatim ei lamentabilit̄ dixit Vt quid tantū clare luciditatis copioſitateꝫ effudiſti·ꝛ me ſic ab habitabili vndiqꝫ propulſaſti Nonne ſufficiebat ad viſio= nis neceſſitudinem effudiſſe Cui ille re= ſpondit Nimirum infrigidatiua es cor= poris et pectoris conſtructiua· et prop ter hoc loqueris vt auara Quid eſt vir tus Nonne vltimuꝫ fore potētie·a pħis diffinitur Vnde qui infra poteſtatis va litudinem agit· nondū virtualiter egit· Sic igitur qui non quantū potuit benefe cit.parūper oberrans a virtute defecit. At vero quid eſt aliud liberalitas q̄ li bere beneficentie magna voluntas Ho= mo nimiruꝫ deficientior eſt ſi donat min⁹ q̄ poteſt· voluntatis euidens ſignum eſt beneficiū traditum Jn muneribus igitur largiendis non ſuſcipientis attendenda eſt dignitas.ſed donantis·quoniaꝫ in be neficiꝫs virtus attenditur·non perſona

Et propter hoc antigones talentum pe
tenti cinico illiberaliter denegauit Tan
dem auariciaz ſuam in dignitate p̄hi pal
lians. plus eſt q̃ tibi dari conueniat in
quit At vero ſic allexander macedo. cū
argueretur ꝙ nimis vltra q̃ ſatis eſſet
cuidam dediſſet. mox liberaliter reſpon=
dit Nimirū non aſpexi dignitatem perſō
ne. ſed ad regalis munificentie grandi=
tatem Attende ad primariaz liberalita
tis fontanā Vnde bonitatis omnis tra=
ditur vena. quantū realitatis mundo tri
buit. quia omnia. quantū pulchritudi=
nis firmamento. quia omēs ſtellas et q̃
tum veri ſplendoris. quoniā totaz lucem
Nūquid reliq̇t aliquid vniuerſitatis tam
maxime principium bonitatis ſue bene=
ficio vacuum Sic anima quidem liberali
ter agens. ſubiecto corpori. tantuz quan
tum potuit tribuit Sic liberalis vermicu
lus viſcera propria in beneficiuz cuncta
dedit Sic largiſſima fenix. in generatiōe
alterius. totam in ſeminariū puluerez ſe
metipſam effundit Vere igitur liberali
tatis beneficium non eſt carum ſed cari=
us. non eſt maius ſed maximū. neq3 tan

tum ſed totum bonum Quo audito·ma
giſter veritatis obticuit·

¶ Prouerbium q̄ beneficium libera=
lis debet eſſe perpetuum·

¶ De danubio et equore ¶ Ca. xxiij·

Semper inundāti danubio·ſic lo
cutum eſt eq̄r Quando tue ma
nationis ceſſabit impetus·quā
do termīabit̄ influxus· quouſq; latices
dabis At ille parum indignatus reſpō
dit Bene loqueris ſicut mare· quia om
nia fluenta inſaciabiliter recipis·nec ta
men iuſte creuiſti Nimirū tunc liberali
tatis mee ceſſabit influxus· cum inſacia
bilitatis tue terminabitur appetitus Nō
enim minor eſt valde virtutis q̄ vicioſi
tatis defectio·et ꝓpter hoc ſicut cupidi=
tati nichil ſatis eſt·ita libe͛alitati nullus
eſt finis Reſpōde michi quō·ex quo· ꝓp
ter quod·et quid tribuit liberalis Nōne
ex inclinatione virtutis preſtat·ratione
delectationis donat·ratione delectacō=
nis ſe totum communicat Quomā igitur
virtus quemadmodum natura inclinat
ſemper peragit nec vnq̄ exiſtit ocioſa·

Vnde ſemper humilis inclinatus iuſtus
eſt·innocens rectus·miſericors·prudēs
pius·liberalis·beneficialis. et profuſus·
Similiter verus amor eſt ſine fine Cari=
ritas autem nūq̄ꝫ excedit· et qui amicus
eſt perpetue diligit Vnde qui ex dilecti
one largitur nūq̄ꝫ a dilectione retrahi=
tur·niſi dilectio finiatur Operatur enim
amor magna ſi eſt Si autē deſinit ope=
rari amor non eſt Attamē nec vnq̄ꝫ defi
cit beneficium liberali ad dandū· cum ſit
virtute et amore ditiſſimus Nempe ſi de
ficit pecunia·adeſt lingua Si deeſt cen=
ſus adeſt manus Si eſt cellarium vacuū
non eſt conſilium diminutū Nūq̄ꝫ ſiqui=
dem deſunt virtuti diuitie Non ergo de=
ficiat virtuoſa voluntas. quia non deeit
fructuoſa facultas Attende queſo q̄ꝫ p
petue ſunt manationes beneficiorum li=
beralis nature Nonne celum vitales vir
tutes. ſemper inferioribꝫ influit Sol p
petua lumina fundit· et ſemper gratiſſi=
ma tellus paſcua gignit· et donec vixe=
rit cor membra ſingula calefacit· epar
nutrit· cerebrum ſenſus animat Igitur
liberalis beneficij perpetuus eſt influxꝰ

¶Quibꝫ dictis magis danubiꝰ redūdauit

¶Prouerbium q liberalis velox eſt ad dandum.

¶De ſole et caligine ¶Ca·xxiiij·

Cum exortus ſol in primo principio oriētis·copioſiſſime fuſa luce·tenebram vndiqꝫ habitabilis pleno emiſperio mox fugaſſꝫ Caligo deorſum ſic conqueſta eidem eſt dicens Vt quid tante largitionis impetu·tanto repentino emiſſionis influxu radiorū tuorum fulgores·ſuper terram fudiſti Nūquid non ſatis erat· moderatione paulatim influere· et ita me curialius modeſta cōtrarietate fugare At ille reſpondit Tenebra es· et ideo ignorātie cecitate referta·ſicut tenebra es locuta Nimirum neſciuiſti modum liberalis donacōnis Nāqꝫ cum magna voluntas in dando eſt. ſi facultas adeſt·non minor eſt in effundendo velocitas Sic qui effundere potuit et diſtulit·vtiqꝫ concupiuit quod tenuit·nec volūtarie bene dedit Clarum eſt ſpeculū libere volūtatis·effuſiua celeritas donacōis Ea ſiquidē lucide pādit

virtus· ſi non quod datur amatur Vir-
tus autem in libera voluntate conſiſtit
Audiuiſti  iam in prouerbio vertitẽ Qui
cito dat bis donat Nẽpe bis· quia volun
tatem et placidam rem Aut certe bis
dat· quia in voluntate· vnde in volunta-
te non dedit ſed tantũ deforis opere· qui
donare tardauit Nãqꝫ vbi ad dandũ fa
cultas affuit et ſi interfuit tarditas. ibi
voluntas non fuit Reuera ſi dare diligi
tur non tardatur Neqꝫ enim aliud prin
cipaliter magis liberalis intẽdit  hoc
quod dare virtualiter voluit Porro ſi li
beralis es donator· letificum videri decet
eo  nimis gaudet ſi ſuſcipitẽ munus g̃
tum Attende queſo quanto impetu et
natura nati fontes ſcaturiunt· venti fun
duntur· celum in beneficium voluitur et
ſubſtantialis forma nature in athomo
temporis copulatur Beneficiũ ergo quã
to datur velocius tanto libẽtius Quãto
libentius tanto liberalius. et quãto libe
ralius traditur tanto carius ſumitẽ et io-
cundius poſſidetẽ Quibus auditis· caligo
diſparuit·

¶ Prouerbium oſtenſiuum  libera
lis hilariter donat·

¶ De aquila et fenice ¶ Ca·xxv·

DE ſupernis ad infima cõtuitu vi
gili aquila predã inueſtigando
proſpiciens Cum fenicem cer=
neret ſe igne gemito cõburentẽ· deſcen=
dit ad eã ſubito et hoc dixit Nũquid in
cõbuſtione non doles At ille Tu autez
in venatione non gaudes Et illa·etiam
Tunc fenix adiunxit Certe ſicut tu cu=
pida delectaris in capcõe prede Ita fe
nix larga in·donacõne ſubſtãtie Non enĩ
minor iocũditas eſt in exhibitiõe libera
litatis q̃ tibi in depcatione cupiditatis
Omnem enim actionẽ virtutis effuſio ſe
quitur delectationis Propter hoc cariſ
ſima in hoc igne non doleo ſed delector
quia in generacõez alterius tam delecta
biliter q̃ liberaliter totã meipſã effun=
do Nũquid non cõſideraſti quãto impe=
tu delectationis in generationẽ liberalit̃
vipera ſe diffundit·vt quidez non ſenti=
at amaritudinẽ morſus mortis Ninnruz
cuncta ſua beneficia. non ſine magna de
lectatione liberalis natura communicat·
Nãq3 generatiua virtus medullã viuifi
cam beneficialiter· cum ſuauitate largit̃
iocunditate cor funditur· et cum digeſtũ

cibum ſtomachus donauerit delectatur
Omnis enim donatio liberalis cum hyla
ritate eſt cordis. quoniā eius effundere
virtutē augē eſt v̉tutē. proficē in virtu=
te virtutē q̃q3 poſſidē. At vero illiberal'
tenēdo aurū ꝑdit ſemetipſū. et foris du3
poſſidet intus veraciter michil habet Do
let ſi dederit quia perdit. eo ꝙ virtute nō
dedit Si rapuerit delectatur. et neſcit ce
cus ꝙ ipſe amittitur Sed quid habet q̃
ſeipſum non poſſidet. omnia enim tranſe
unt cum perſona Et propter hoc qui cu
piditatis eſt ſeruus. cuius eſt dominus
Diſperge ergo bona libenter dona hy=
lariter. vt vna cum virtute poſſideas vni
uerſa Ea quidem in ſempiternum ſis li=
ber Quibus auditis. aquila ratione libe=
ralitatis confuſa in ſuperna volauit.

¶Prouerbiū cōtra iniq̃tatē ingr̃titudīs.
¶De vipera et eius filijs ¶Ca. xxvi.
Grauida vipera cum ad maturita
tem ꝑfectā fet9 ꝑduxiſſ3. diros
in ſuis viſceribus ſentiēs mor=
ſus amara nimiru3 beneficij querimonia
eis dixit Quid eſt hoc ſcelus quod faci=

tis ¶Nūquid redditis pro bono malū· q̄a laceratis ventrem qui vos portauit· matrem occiditis que vos genuit Que eſt iſta contra naturam nequitia. et ingratitudīs ſeuitia tam ſtupenda At illi dixerunt Quid eſt quod nobis dediſti· Feciſti nimirum vt delectares te· concepiſti et in tetri carceris ventrem nos abſcondiſti Quid aliud circa nos egeris neſcimus Attamen prodire in lucem appetimus· et gratum mundi ſpacium affectamus Tunc mater adiunxit Ecce quidem iam totum in rubiginem ingratitudinis impegiſtis ¶Nāq̄ʒ non ſolum vt dignum eſt· nec quantum ad generationis beneficiuʒ pertinet reſpōdiſtis Sed quod maius· ymo quod peius eſt: ſpernitis· deprauatis ⁊ denegatis· atqʒ qd̄ ſceleſtius eſt matrem exinde leditis· et qd̄ eſt ingratitudinis cōplementū· iam obliti tāti muneris eſtis ¶Nam q̄ beneficij recordat̄ ingratus eſſe nondū in toto ſanxit̄· Reuera ego concepi vos ex medullis carioribus meis Alui ex ſanguinibꝫ proprijs Foui calore meo· portaui laborē· promoui cuʒ dolore. et in viſceribus proprijs nocte

ac die cuſtodiui timore Nunc autez pro tantis beneficiis matri rependitis vicez mortis Nimirū in ipſam directe venam bonitatis delinquitis in virtutē piiſſime largitatis peccatis· legem equitatis offenditis· et fontanā pietatis benefice obduratis Lucidum ignem caritatis extinguitis· ſplendorez veritatis fuſcatis Verumtamen quia inique rependitis maluz pro bono· retribuetur vobis iuſtiſſime malum pro bono Nāqz iuſticia ingratitudini eſt grata minime Nāqz demeritorum reddit ei ſtipendia digna Et propter hoc quia ingͣtitudine incepiſtis Dira ingratitudīe finietis et ſeua Nam tu fili fecundabis ſororem tuam· et ipſa te perimet· et tu filia fetus cōcipies qui cōfeſtim crudeliter te occident Et ſic vertetur vicium in tormentū et ingratitudo ingratitudine punietur Et erit ſoboles ingratitudinis· cibus mortis Quibus dictis· dolore viſcerum extincta eſt·

¶Proūbiuz oſtēſiuum ꝑpetatū grati
De cane et lupo ¶Ca·xxvii·

C Anis a domino verberatus cuꝫ
ex doloribus decumbens clama
ret· mox venit ad euꝫ lupus nō
feritus ſed ſecurus Sicqꝫ viſitator duriſ
ſimus atqꝫ grauiſſimus conſolatoꝛ aſper
rimis liniēs· amariſſimis mulcens· afflic
tionem addens afflicto· Poſuit dicens
Cur de amico clamore conq̄reris et grā
di voce de homine lamentaris Tu certe
reus tibi es· qui tantum hominem ſem
per dilexiſti· nam ſunt ſtipendia merito
rum tuorū· quia nocturno gelu et calore
diurno gregē cuſtodiuiſti. ſuſcipe nunc
dolorem Cui quidē canis gratiſſim⁹· cla
ra gratitudinis ſententia mox reſpondit
Si bona ſuſcepi de manu homīs· cur et
non ſuſtinerē nunc et mala Semper aūt
niſi bonum expetimus ab amico· ymo et
ſi quādo inferatur· ſuſcipiamus et malū
Nam ſi ex lege dilectionis ꝓ amico ma
lum non fugit· vt qđ ab eo trāquilliſſime
non feratur illatū Minus enī pro certo
ꝙ gratus eſſe dinoſcitur· qui quandoqꝫ
cuius dotat⁹ eſt beneficētia· pacient̄ ei⁹
non tolleat offenſā At ſemper diligit q̄
amic⁹ eſt· et ſemel accepto bn̄ficio ſemp̄
virtuoſus eſt gratus Sicut abeſton qui

vere dilexit attenditur· et quaſi fons vi
uus gratitudinis vena aperitur Eſt eni
ſemper virtutis proſper actus Ad hec
lupus diſcordie ſeminator adiunxit Et
quid eſt beneficium tibi datum niſi poſt
diei curriculum panis tantū Tu autem
cum animalia cetera nocte libera quie=
ſcunt eternus ſeruus ſemper gregē pal
pebris timoroſis euigilas· et aperto ore
in diali caumate inqeto pectore· lingua
paralitica ſitis auram Sic continue la=
tratibus tempeſtaris· infeſtus ſemp la
maris vrſinis vngulis Sed nūquid pro
pane per vim dulcē tribuiſti quietem et
pellez Tunc canis prudēcius callido ho
ſti reſpondit Nimirū cunctis inimic⁹ et
nociuus· nichil vnq̄ virtutis et gratitu
dinis cognouiſti Quid enim aliud eſt ḡ
titudo· q̄ caritatis iuſticia liberalis· lex
debita et beneficentia equitatis· tribuēs
pro vno centuplū ceu terra· pro minimo
maximum vt matrix fecunda pro vili ca
riſſimum velut coctula nuda Neqȝ cer=
te vllum eſt liberalis beneficiuȝ modicū
quia cum virtutis quippe amōe dedit pri
cipaliter ſemetipſum Quid ergo dignuȝ

dabitur pro virtute. aut quid equiualēs reddet pro hoīe. pro certo nichil est qđ a grato libēali repēditur. nisi virtus pro virtute. amor pro amore. atqꝫ homo ꝑ homine ꝙ totius redonet. Vide igitur ꝙ hominis ſemꝑ ſum amic⁹. et tuus ꝓpter hominē ꝑpetu⁹ inimic⁹. Quibꝫ cū pauo re auditis. lup⁹ mox in ſolitudinē fugit.

¶Explicit liber tertius.

¶Incipiunt Capitula libri quarti De hys que ſunt contra luxuriam.

De vicio intēperātie cōtrario modeſtie De Murilego et porco ¶Ca. pͥmum

Stabat murilegus in ſplendido prato. et lingendo lingua pellem eius. et vt pollleret etiam adherentem puluerem expiabat Sed ecōtra porcus nō longe in ſceno fetido hincinde perfuſus. cutem ſpinis turpiſſimaꝫ iactatione huiuſmodi amplius ſordidabat O inquiens amenisſimus michi lectus. et ſtratus dul

ciſſimus O q̄ michi delectabiliſſimꝰ ce
ſus· q̄ tam fruibile balneum carni mee·
aqua refrigerij · ſtilla roris· tranſcendēs
nempe libani latices· damaſci et panor=
mitani fontes· et in bajs ethamicis laua
cra ſoſpitatis Atqꝫ murilegꝰ cum hoc
dicentem in ſorde volutatum audiret· in
dignatus ad verbum. et abhominatus
accubitum· mente quoqꝫ clarior hec dix
it De falſitate talis extollentie· multo=
magis q̄ de immundicie feditate dolorē
niſi quia vt tibi referrem aliquid paruꝫ
me per eloquiū direxiſti Quid enim hoc
eſt vbi iaces At ille reſpōdit Lutū ſce
nūqꝫ Tunc murilegus increpando ad=
iunxit Bene es porcus· quia delectāis in
fetidis impinguaris in ſordibus· et leta
ris in rebus peſſimis Cui porcus impa=
tiens dixᵗ Vade iudica mues tuos Quid
michi et tibi Ait ille Bene ſalomonicū
eſt Noli arguere deriſorem ne oderit te
Attamen peſtilenti muri iudex auctori
tate nature conſtitutꝰ ſum ſuus Et tibi
immunde ſi percipis nature moribꝫ cor
rector ſum tuus Te nāqꝫ lingēdo ligua
vitare ſordes edoceo ſi attendis At illū

ſcilicet murem iudico cum in maleficiis eum iudicialis vngula cōprehendit Vi de queſo q̄ cara eſt deo grataqȝ mūdicia tam anime q̄ȝ nature Ille enī celum ſibi meternū parauit mūdiſſimū· et repleuit luce claꝛiſſima mūdū Anima de candidato ſemine generat et puto membrū ſanguine cibat Mira quidē rutilātia floꝛes germiat· ac ſplendēti pluma ſquama et pellicula carnes oꝛnat Sic natura p̄cioſas gemmas gignit puriſſimas Et metalla quidē puritate ſplendētia parit· cōdit modo digeſta Vt quid ergo in immūdiciis delectaris Neſciuiſti q̄ꝛ expulſiua diſſoluta virtute· retentis feditatibꝫ caro perit Et ideo ſi vitā tantū diligis· ſordes fuge et ad purgatiuum moꝛ lauacꝛꝫ aſcende Quo dicto requieuit·

Contra amatoꝛes deliciarū luxurioſos

De porco et vulpe Ca·ii·

Spacioſe porcus a ſuo domino enutritus· cum impinguatus recumbēt ad eū veniēs vulpes ſalutauit et dixit Quomodo eſt tibi frater

At ille reſpõdit Quid petis Nõne hoc
cernis ꝙ letus·ſauciatꝰ·incraſſatus·nũ
q̃ fatigatus·ſed ſemper delectatus qui
eſco Nam inueni hominez ſecunduz cor
meum·qui facto mane michi in habũ=
dantia cibum anteponit·nũq̃ eſurire p=
mittit·ymo ad eſum me interdum pigri
tantem·blanda voce compellit·laborãe
non facit·vmbram meridianã apponit·lu
ti ſuauiſſimũ lectum ſtrauit Atqꝫ dulci
manu blanditur pruritũ recũbentis Nõ
ſolum pati nõſum me vnq̃ a canibꝰ ad
delectationem cum vagor ſuſtinuit·ſed
nec latratum paueſcẽ me permiſit Quid
plura/procurante ea ſemper viuo in cro
ceis·vt quid ergo tu die tota vaga et fa
melica circuis·et cum tali amico ad ha=
bitandum venis Quibus vulpes audi=
tis·ſuper inſenſatũ ridens ſubiunxit Be=
ne verũ eſt ꝙ graſſicies tõdet ſenſuz·tol
lit motum· et continuate ſubuertũt deli
licie intellectũ·propter qđ parum vidi=
ſti·nec vnq̃ rectitudialiter iudicaſti Ni
mirum iſte homo piſcator factus eſt ſu
per terram cibali dulcedine ornat hamũ
vt ad mortem ſuauiter trahat incautum/

Ille magnes factus eſt· hamus pluriuz
attractiuus. qui cuz riſu occidit attrac=
tum· cibis deducit ad ſuſcipienduz Et vt
venator callidus· dulci fiſtula vocat ad
laqueum Replet nāqz ventrem tuuz. vt
decoctum te ſapidius comedat Dat fur
fur vt pinguedinem faciat Accomodat
brodium· vt carnem aſſumat O ſi intraſ
ſes domum eius· et diligentius conſpex
iſſes· profecto ex alatis inibi pendētibꝫ
aliȷs quos ita nutriuerat· ab eo paratum
tibi incendium cognouiſſes. bonis te du
cit ad mortem· et in ſempiternas triſtici
as tibi delicias has comūtet Abſit a me
talis amicus· qui ſubornat amori odium
et eterne mortis ſub mundi delicȷs con
dit hamum Abhominor cibū ſuum blā
dientem Repudio manum extunc totuz
eius ſperno ſolacium Nolo certe vt riſu
me conducat ad luctū. nec ſuis falſis de
licȷs a me ſeperet pellis vitale cōſorti
um Calicem pharaonis eligo non fercu
lorum caniſtrum Sperno paleā. non fla
gellum Sagittā ionathe intra me diligo
et ioab refugio baſium· Quibus ſic pro
batis mox fugit.

Prouerbium De malo deliciaruz.
De cane et lupo Ca. iij.

SVb meridiano estu canez aperto ore ac pectore inquietato in accubitum sui cordis refrigeriū attrahentez inueniens lupus dixit O insensate. miser et sponte calamitati subiectus Si tantuz tibi placent augustie Vt quid ergo cum empedocle ciclonte non ethne refartam miseria proicis in fornacem Nimirū si te delectant contra naturam penalitates. exspecta paruz quia in morte cuncta inuenies. vt quid ergo in tantula vita spretis refrigerijs ex nunc ardes Nāqz tu in nocte ouibus quiescētibus somnum nescis Illis tota die pascentibus non quiescis. panem tantuz et aquam sumis. nocturno gelu et diurno caumate illis spisso vellere coopertis ac mutuo se fouentibus tu nuda pelle in tēpestatis aere solus degis Illis quidez sine timore iacentibus. tu suspensa palpebra hinc dentem hinc vngulam in aperto vigilās pertimescis Que nam sunt interdum delicie tue. nisi acetosum lac. in=

teſtinum fetidum· lectus lapideus· et fi
auis odor ſtercus ouiũ Quid plura! Cũc
tis es iuſte infelicior· et tu tibi ipſe mũ
dum iam feciſti infernum Surge ſurge
miſer· et relictis penis quere delicias· vt
ſaltem anteq̃ vitam finias· ſtillicidio cõ
ſolationis guſtato. experientia quid ſit
bonum agnoſcas Huius autẽ carnis va
lida exhortacõne deuictus ſurrexit et vt
ſe licentiaret ad ouiculas venit et dixit
Dudum ſeruiui vobis et obſeſſus vndi
qꝫ miſerijs ſatis ſteti· vadam vt iuxta lu
pi monita in delicijs aliq̃tulum requie=
ſcam Quo audito ille gementes dixerũt
Quãq̃ ſimpliciores ſimus tamen ſapi=
entia cum ſimplicibus verſatur Prop=
ter hoc rogamꝰ vt antiquas amicas au
dias. et inimico tuo ineternum non cre
das Neſcis enim q̃ calidiſſimus lupus
quem dente non deicit arte ferit Vnde
quia te rigida vita dudum hoſtem acer
rimũ habuit Nunc ꝑ hortam̃ta deliciaꝝ
inuadᷣ· vt delicijs emollitũ inueniat· ac de
licate carni inimicũ dentẽ validiꝰ infigat
Adhuc aũt delicijs caro non ſolũ molit᷑

ſed rigor anime frangitur· et viciorū ar
dor acuitur · virtutūqz iugum curuatur
Cor ipſum liuor paſſionum ingreditur·
et rationis ſplendor fuſcatur Nimirū fre
gerunt ſampſonem fortiſſimum Subuer
terunt dauid virum ſanctiſſimum. et de-
ceperunt ſalomonez ſapientiſſimū Quid
nam enim delicie corporales faciunt fo
ris mollificant cunctos· veſtimentis bal
neis et vngentis. et intus replent edu-
lijs· condimētis et vinis Idcirco pes tu
morositate grauatur· calor humiditate
conditur· et mollita cutis hincinde leuiſ
ſime penetratur Igitur frater ſi delicias
queris· perniciem diligis· et in dulci flu
mine letaliter vis ſubmergi· venenū in zu
caro appetis· et in eternas anguſtias ri-
ſu ac cāticis vis deduci Crede nobis· cre
de nobis· et in huius vite delicijs omne
malum latitare agnoſce Vigor enim ca
rnis. eſt valitudo v̄tutis Quo audito cō
uerſus canis quieuit.

¶ Prouerbiū q̄ ſapiens debet eſſe tē
peratus in vbertate· nec gule ſuire
¶ De vulpe et muſtela ¶ Ca· iiij·

MAcilenta vulpes replēde cutis
curam agens. anthidotū et ma
giſtrum querebat Cuius quidē
gnara muſtela. ei obuia dixit Expertuꝫ
quere Nam experientia facit artem At
illa reſpondit Scio filia ſcio quia iam ex
perta mee habitudis ſum magiſtra De
inde cum circuitu vigili ſuis ſordibus in
uolutum porcum pinguiſſimum inueniſ
ſet ſtupendo. mirandaꝫ craſſiciem ſic ia=
centem. diligenti prius contuitu circui=
uit Cernenſqꝫ in poſterioribus cum vi=
ſi cutis apertura fedatum. coram poſita
mox acceſſit et dixit Te doctoreꝫ replen
de cutis tam mimiruꝫ relatu fore. ꝙ ipſa
hec me habitudo docuit Idcirco digna
mercede repletionis macra documentuꝫ
expoſtulo Attamen reuerende doctor ni
turberis. prius te queſtiūcula pulſo Au
diui enim in philoſophicis ſcolis. ꝙ ad
miratio diſcipline ſit radix. ramuſcul⁹ q̄=
ſtio. et ſatiſfactō dulcis fructus Cui ille
tunc exhileratus ſic inquit Poſtꝙ̃ dig=
na es debite calliditatis mgr̄a. ad pau=
pertatis noſtre venā ad doctrinalē recur
rere. certe michi debitum eſt reſpondere

Statim ergo illa ſubiunxit Quid eſt pa
ter. quod te non ſolum tanta ſordi tate fe
dum. verum et in poſterioribus video te
corroſum Mirandꝰ eſt certe ſatis cutis
plenitudine. non autem minus ſordidus
pruriginoſo es vlcere At ille rubore cō
fuſo vultu reſpondit Nempe cariſſima.
Facinus hoc eſt peſtilentiſſimi muris. ac
minime morſus accumine paſſus eſt ſen
ſus. quia moles pinguedinis nec ſenſum
pati, nec motum ſubuenire permiſit Nō
ne craſſicies venatoruꝫ inſenſibiliter pa
titur ictum Ad hec vulpes antique eru
ditionis ſententia ſic inquit Maledicta
ſit talis pinguedo ſtupefactiua ſenſus.
diſſolutiua motus. ſorde referta. doloro
ſo onere grauida. generacōis orbata gau
dio. et vite priuata tripudio Plura enī
pinguedine ſuffocantur. et prolifica vir
tute orbant̄ Gaudeo certe omīnodo ne
ſcia tui et cara eſt michi admodū experi
entia mei Nature de cetero obediā iuxta
quod ſapientie eſt ſententia. que pluri-
bus indigens ſalutis mater. modico con
tenta eſt Nec obuiā intēperantie gule.
paucis tātilla egēs. infirmitatis fōtana

libidinis pena. deſipientie ſemita. mortis ianua. ſtat nullo fine epuloruz contenta Ad ſalutem enim et vitam. cum natura li lege ordinatus ſit cibus in perditionē et mortem ſuam inmoderatus eo vtitur fatuus Eruditꝰ igit̄ hijs. magiſtrū diſcipula illicenciatuz valedicto reliquit.

¶ Prouerbium contra amatores vini
¶ De Ape et Bibione ¶ Ca. v.

Mellis ſtillicidia in floribus apē lingentē bibio repēit. et ibi cauſam quid quereret mox petiuit Cui illa reſpondit Mel ſitibūda quero mel colligo de floꝝ profūdo At ille hᶜ audiens ridēs dixit Bene ſcripſit ariſtotiles. qꝛ amatores dulciū fatui ſunt Putaueramqꝫ te ſenſatā fore ex regis gubernatiōe et arte Sed vt cerno opacōe mīor res tua eſt Nāqꝫ nondū noſti q̄d eſt mel et vitalis ſuauitas. cuiꝰ radicis de fructu et flore ſtillet Attn̄ q̄a cōpatior ſiti tue veni mecū et dabo tibi mellis cellarium plenuz. vt quid tota die ſitibūda et āxia in aridis floribus tempeſtāis egrederis.

ſed te dulcedinis ducam ad fontem At
vero cum illum credula ſeq̄retur deduc=
tam ad vegetez ſic allocutus eſt dicens
Nimiruz hec eſt fragrātia vite. habun=
dātia gratie. dulcedo leticie. valitudo mi
rifice medicine Iſtud eſt mel ſuauiſſimū
cor ſuſtentās. hic balſamiticus liquō ſub
ſtantiaz ſaluans. hic ros nitidiſſim9 ho
mines deoſqz letificans Bibe ergo mecū
ſitibunda ſatis. et in iocunditate recum=
be Ad hec ſagax illa vini odorē ſentiēs
mox ita fertur dixiſſe Pro certo hoc du
dum audiueram. ſed experientia neſcie=
bam. q̄ amatores vini ſunt ebrij Nimi
rum quia vino male ſemper ebrius es.
rationis lucernula cares. qm̄ et de vini
corruptione genit9 es. idcirco de ꝓpeta
te eius corruptiſſime locut9 es Nam vi
num mel ori eſt. ſed quidem capiti vene=
noſum fel Sapit in ore. ardet in ventre.
fumat in capite. contundit ſenſus. vigo=
rem confundit. imaginationez fallit. ra=
tionem deſtruit. tollit mentem. viſum ob
nubilat. neruos laxat. linguā balbuficat
os inhoneſtat. manus mobilitat pectus
inflāmat. ſpumat luxuriā. vim gignit=

uam eneruat. greſſus inordinat. totū vaſtat. ita vt a planta pedis vſqȝ ad verticem non ſit in ebrio ſanitas Vinuȝ quippe qui primuȝ bibit inebriatus eſt. inebriatus ſopitus. ſopitꝰ nudatus Nudatus inhoneſtatus. inhoneſtatus deriſus Eo venenatus loth. ſtuprum filiarū non ſenſit. amon temulentus fratris gladio cecidit Et holofernes dux inuictus proſtratus manu muliebri pugione ſuo caput āmiſit O q̄ꝫ amabile dulce es omne venenuȝ. odis amantes. diligis abhorrentes Occidis perfruentes. ſubmergis te ſectātes. abutētes ledis mederis vtētes Te vero vtentibus mellitum es venenum Quibus diffinitis receſſit.

¶ Prouerbiū contra amatores pinguiū
¶ De aqua. oleo. et flāma ¶ Ca. vi.

In lampade vitrea degēs aqua cum ſupfuſum oleū prius deſcēdens in infima mox in ſublimia moueretur. locuta eſt ei dicens Vt quid frater ſup me que in oliue radicibꝫ te nutriui. tanto impetu ingratitudis ſpreta reuerentia aſcendiſti Ad illud reſpōdit

Quippe nature impetu et rationis vigē
tis lumine ſequens·greſſum quo illa im
pulit hac direxi Nec licet quidē rebel=
lem eſſe nature Nōne tu cariſſima impel
lente ea cum q̄ta ſupēis fuiſſes abſtrac
ta de ſupernis mox in ima deſcēdis Ad
hec aqua quiete ſubiunxit Vt video no=
ſti. doce quomō natura ſupnatare te fa
ciat Cui oleum dixit·in prompto cauſa
eſt. quia ignea pinguedo me leuat·quo
quidem aqua diligenter notans ſtatim
in licineo accenſa ſcintilla cepit ſe oleo
nutrire Cūqȝ illud ſe videret guttatim
decreſcere flammaȝ vero excreſcere. ſic
paulatim indignatuȝ fertur dixiſſe Ad
heſiſti ſuauiter vt cōſumeres ſociū frau
dulenter Quādo ſaciabit̄ ardor tuus Et
illa·quippe quādo deſiccabitur vnctuoſi
tas tua·niſi enim a te prius āmoueatur
pinguedo. a me quideȝ cōburendi non ſe
parabitur actio An ignoras ꝙ ab eſtu
imeternū nō ſeparó·qm̄ vnctuoſo ab hui
do et inſepabiliter adherēte. viuit perpe
tue meus vigor Sic in vite pmordio·ſe
mel in corporis medull' accēſa. tādiu ex
ardeo ꝙ̄ diu in eis cibatiua regnab' pin.

guedo Nonne ardor libidinis tantū pro
tenditur. quantum vita in luxuria in=
craſſatur Quibus dictis. poſtmodū con
ſumpto oleo flamma venit ad aquā Cu
ius exemplo contra calidum illa frigus
ſuum oppoſuit ac contra ardoris voragi
nem ſubſtantiali macredine ſe armauit
Cepitqȝ mox flamma clamare et dixit
Quid eſt hoc quod agis auara Cur vis
extinguere vitam meam Nam conſume
re me tu vis vt parū ante oleuȝ deſtruxi
ſti. noui maliciaȝ tuam Ego ſum medici
na tua Quo dicto. flamma extincta eſt.

¶ Prouerbium contra amatores car
nalis pulchritudinis.

¶ De Camelo et duobꝫ Thauris di
micantibus ꝓpter vitulū ¶ Ca. vij.

AVobus letaliter aduerſū ſe cor
nu et vngula dimicantibꝫ thau
ris. camelus ſuperueit. et miſer
tus mox exiciale bellum ac furorem cru
entū ingerēs ſe diuiſit. dixitqȝ Que naȝ
vobis ratio odiendi. q̄ et cauſa pugnan=
di eſt. cum ambobꝫ ſimilē ſpeciē natura
donauerit vinculū diligēdi Dicite michi.

Si ratione fortaſſis tante iracundie ſemi
narium poſſit euelli At illi dixerunt Ni
mirum pater huius odij amor eſt cauſa
vitulam enim formoſam diligimus quā
quilibet ſibi aꝓpriare volens. tam ſeua
pugna mutuo dimicamus Quo audito.
cum prudens ille huius furoris libidinē
in occaſione notaſſet mox pugnā dirimē
di direxit ratiōi et dixit Nō pulchritu
do certe placeat oculo. et vi amoris cor
ad ſe delectabiliter trahat non eſt viciū
ſed nature pulchruz. cum ſenſus ex ſe de
lectent et cum bonū cor naturalit̄ attra
hit Attamē ꝙ ſpecioſitatis placētia in
luxuriam vertat. hoc non natura ſed vi
cioſitas eſt. vult enim libido inepta pu=
ritatis abuti pulchritudine. ac ſplendo=
rem eius ſuis feditatibus ſordidare Cu
ius quidem cōpoſitionez natura miratur
et admiratione delectatur. et delectacōe
legis ordīe vtitur Omnis autez ſpecies
a p̄ma in fabricata formoſiſſima forma
in creatis reb9 exēplata eſt. cuz ſūma ar
te facta ſunt oīa Vnde veri appetit9 ſūt
in illā decorā placabilē et ſūme pulchrā
formam. per tractuz rationis ordinandi

Que tam pura cauſalis et incorporalis formoſitas ſumme placere debet intime attrahē· et ad ſe totius veſtri cordis impetum recuruare· vt eam diligamus potiſſime. ipſam deſideremus ardentiſſime et ad eam perfruendam totaliter rapiamur Si ergo pulchritudinis amorē· libido ſue delectationis pondere ſiniſtrorſum recuruat. tunc a formoſiſſime artis ſue veneratione. ratio deuia turpiter cedit ac oberrat Propter hoc quēadmodum ſi mente deficimus· venuſtam faciē non in ſua ſubſtantia· ſed in vmbra ſpeculari diligimus Sicut quidē ſenſu egemus ad videndum formā in viſione et luce ſenſibili· quem in ſplendore ſapientie plus amamus Porro ſi generationem amatis non debetis querere claram faciē ſed fecundam matricē Nondū certe cōſideratis quomō natura in generando etiam in eam quā reſpicit faciei ſpeciē ſpernit Et ꝙ vippera ſecum coeuntē nimis ad ſpeciē delectatuz occidit Quippe narciſus perijt. quia venuſtatem dilexit in ymagine non in re Et ita vos modo ſeuiſtis inuicem Quia in corruptibili carne

Fallaciter et vmbraliter pictam ſpeciez
et non in artis ſolida virtute diligitis.
Quibus taliter mitigatis illorum libidi
noſum furorem conuertit ad pacem.

¶Prouerbiũ ad cõmẽdacõez caſtitatis

¶De Fenice et vipera contraria
in natura. ¶Ca. viij.

FEnicem ſolitariam recumben=
tem reperiens vipera. ſalutauit
et dixit Vt quid tu ſola ſedes
Vbi tui generis eſt amica ſocietas Cui
illa Quippe ſola ſuz in genere meo Nec
vlla adeſt in me ſexus diſcretio Vna tã
tum ſum et ſingularis in mũdo Quo au
dito mirata valde vipera dixit Nũquid
tibi ſoli fuit illiberalis natura cum cete=
ris animalibus tam ſit in generatiõe ꝓ
fuſa Orbauit enim te dulcis ſocietatis ſo
latio. generatiõis ſuauiſſimo gaudio. et
grauiſſime ꝓlis bono At quid tibi pul
chritudo hec. poſtq̃ priuata es vite cõ
iugalis dulcedine. et coeundi dilectio=
ne. Nempe ſi moritura es. tota deficies.
et quia mortalis ineternum es triſtis.
Quid plura? Cecitate tibi oculis obdu=

ratis· malum bonūqȝ quid ſit nūq̄ꝫ ſenti es nec noſti Ad hec illa ſeix. venereoꝝ non ignara faſtidij et puritatis hec neſcia gaudij·minime turbata reſpondit Nō mirum.nec auaram michi aut minus ꝓuidam ymo circumſpectam vniuerſaliter amicam puto extitiſſe naturam Totus nāqȝ mundus ſocietas michi ſuauiſſima eſt·quocūqȝ volauero coniunctione grauiſſima contiguam michi reperio creaturam Nūquid superceleſtis natura ſpecierum ſingularium numeroſitate dotata·ſocietatis dulcedine priuata eſt·abſit Ibi nāqȝ eſt ſumma et gaudioſa societas vbi totius ſpeciei maxima et intima vnitas Nonne in generibꝫ ſexu diuiſis· hec naturalis ſocietatis coniunctōne delectabiliſſime agitur vt in cāne vna qdāmodo ſpecies ſingularitatis efficiatur O q̄ꝫ dulcis q̄ꝫ amena eſt indiuiſibilꝫ vnitas·et v̄tutis inſepabilis comitiua Igit̄ quia ſingulāiꝫ ſum ſpē.aſſimilata celeſtibꝫ gaudeo intētiſſime letor· totā non pātez me eſſe exulto Tota enī res·tota vis in me vna.oīſqȝ boitas mee ſpēi eſt clara Quid ſi generacōis lepōre nō fruor

Nempe aurum. ſaphirus. ſtella. orbis. et animus non generant. nec minus inde p̄ cioſa ſe putant Indignior enim et a pri mo bonitatis fonte diſſimilitudine elon gata natura quidē eſſe ſemper in ſua vni tate non potuit. ſed ex diuiſione ſucceſſi ue generationis ad perdurandū. dei pro uidentia eſt adiuta Reuera ſi generacō= nis penſatur ſolaciū Cur et non eius de ſudationis tōmentū Quā𝔮 enim fetus vna inſtantanea delectatione concipitur tamen abhominatione fouetur. labore portatur. timore ſeruatur. dolore partu= ritur. periclitatione gignitur. fetore nu= ritur. ſeruitute augetur. anxietate diligi tur. et in puncto cum maxima tribulati one āmittitur An forte tu ſola de gene ratione gaudes. experientia diſces Con cipies enim delectabiliter et letalit̄ pa= ries. cum prolem nutrieris. tunc eam te perdendo amittes Sic et pāis cariſſimū cibum mortis Aut q̄ gratia galline eſt que pullos genitos. tanto amoris impe tu fouet Nonne ab eis cum creuerit ig noratur. paruz ſudat iumentū vetus ſub onere. et poſt𝔮 lactauerit calcē patitur

Quid ergo meum gaudium eſt genera
re meipſam. meum ſolacium eſt fouere
meipſam. ſine diuiſione et maculatione
igne purificante me genero. cum grauis
deficio. tūc innouata reſurgo Cum vt lo
quar verius ſemper viuo Cuius enim re
ſolucōnis mee ſemen eſt viuificum. nōne
vite Nec dicas certe. in vacuum me depu
raſſe naturam. cum ſim geminate et flo=
ride caſtitatis exemplum Et hoc non
ſolum delectationem veneream me neſci=
uiſſe non tribulor. ſed inuiolabili purita
te ligata. ea nūq̄ noſcita delector Tua
igitur ſcientia ymo concupiſcentia ſit bo
ni et mali. qua momentanea dulcedīe co
itus. furore libidinis inſanis. et perdis in
eternum vitam et caput Et hoc dicto.
ab inuicem ſunt diuiſi.

Prouerbiuz ad laudem virgintatis
De Roſa et Lilio Ca. ix.

Roſa et lilium iuxta ficulneā ſūt
exorte. que cum expādiſſent flo
ribunda folia nitore ſplenden=
tia. ac rorem ſuauitatis manātia. aroma

ticieqꝫ odoris fragrantiam effudiſſent et
illa foris orbata luce· acerbuꝫ in fructū
pariter pullulaſſet· lacte quidem inuidē
tie pruriens cōmota· mox inuectiuā pro
poſuit dicens Poſt tam ameniſſimā ruti
lantiam floridam· vbi fructus vbi inten
ta genitura finaliter Vanum eſt quippe
florere ſine fructu Ligat enim natura ſa
gax fructū in flore· et ob ipſum tam ver
nantiſſimuꝫ germinat in florem At ille
mox radicem eloquij ſentientes· pacifica
ratione dixerūt Bene ſcimus ꝙ propter
pruritum generationis· perdidiſti glori
am floris· et idcirco iam expoliata es ſic
loquens Nempe fructum pacis dulciſſi
mum· ſed tamen pateris in radice pruri
tum quo florere amiſiſti Nobis autē ex
plēa puritate ⁊ ſuauitate ſubſtātie· flos
ipſe fructus eſt Vnde in nobis flos et
fructus minime diſtinguunt̄ Nā habū
dante nimis mellite puritatis et odori=
fere ſublimitatis humore· idipſum facti
ipſi in nobis ſunt Nonne vapor terre pu
riſſimus· totuꝫ floridū in aurū concreſcit
Et ros dulciſſimus celi virginitate ver=
nante margaritam congēmeſcit Igitur

roſā et lilium et flores fructiferi fructꝰ
floridi ſunt An neſciuiſti ꝙ v̓ginitatis
manantis puritate aromate et ſuauitate
virtutis·ipſe clariſſimus flos et fructus
Mirabile igitur germen virginitatis·ſi
ne germine non eſt Nūquid eſt fructus
ſine fructu·ymo totus et ipſe fructꝰ eſt
Sic et ſancta virginitas·ipſuʒ nature et
virtutis eſt germen precioſiſſimum·flos
ameniſſimꝰ et ſplendor clariſſimus·fruc
tus dulciſſimus decor preſtantiſſimus.
odor ſuauiſſimus·valor totus Nimiruʒ
ipſa eſt nature ac virtutis clariſſima gē
ma·inuiolata integritas·celeſtina ſere
nitas·ſūma temperātia·perfecta victo=
ria·ſpiritus ſuper carnē. gloria tota Vt
roſa igitur fragrans et liliuʒ rutilās·eſt
ſancta virginitas flos et fructꝰ Ad cu
ius quidē fragrātiā vnicornis tractꝰ ſua
uiter currit·cuiꝰ dulcedie ferocitas man
ſueſcit·cuiꝰ puritate tā valida delectata
poteſtas·q̃ſi victa in mũdo gremio v̓ginali
reuerētialiť ꝓſtrata recūbit O nimiꝝ ma
gnes nimie validitatis v̓gitas ad ſe tra
hēs naturā O ſaphirꝰ mirabil' caſtitas
omēʒ fugās et deſtruēs famen venenoſā

O ſmaragdus rutilans viriditatis. perpe
tua puritas. inuiolate integritatis amatrix
fetidam venerū nullatenꝰ patiēs corrup
telaꝫ Ad hec ficulnea ſtupefcā cōticuit

Prohibiciōes cōtra amatōes venereorū
De vipera et elephante Ca.x.

Furibunde vipere ad coituꝫ pro
perantī. elephas obuius queſi=
uit et dixit Quo ſic effrenato paſ
ſu. tam effuſo deſiderij impetu. cupidita
tis abruptiſſimo curſu ardēter cariſſima
properas et feſtinas At illa. vix paruꝫ
tenta eloquio mox reſpōdit Nimirū fra
ter anhelo venerie ſuauitatis ad gaudiū
accelero ad in conſūmate delicioſitatis ſo
lacium. feſtino gaudioſe felicitatis ad
actum Quo audito caſtus et prudens ele
phas. eius non minus deceptioni. quam le=
tifere furioſitati cōpaſſus. illi ſic locutus
eſt dicens Scio certe quod furibunda luxu=
ria oculos non habet. et ob hoc nequit
intueri quod ruit Nimirū ad occaſum amā
tiſſime vite tendis. ad baſium mortis a=
mariſſime proficiſceris. ad morſum cru=

ente libidinis ceco minaruz duce furore Quid nam eſt coitus niſi delicioſa perni cies. mors latenz. venenoſitas blandiēs dulcis effuſio vitam perdens. amplexus deſtructionem emolliens. et ſuauitas di re fallens Te quidem delectatione con tenebrat ac vita priuat. canes ad morſus acutiſſimos ligat. equum infatuat. mu rilegum furore tormentat. ſtultum ſua uiter paſſerē euacuat. oclos cecat. carnē fetore conmaculat. rationez obſcurat. be atiſſimam virginitatē violat. ac vite ge neraliter horam curtat Ad hec vipera reſpondit Si hec vt aſſeris venus incu tit. vt quid in coitu tantaz natura delec tationem infudit. natura quidem equita te domita. neminez decipit. nec vnq̄ ſapi entia gubernata errauit Cui ille. Fateor quod dixiſti Attamen exceſſiuū venere orum ſolaciū. leſionis eoꝝ eſt euidēs ar gumentū Jntm̄ enim venere corpis va lido contunditur. q̄ niſi tanta delectatio trahēt ad hoc. natura nullaten⁹ mouē tur. mille nāq3 p vllulat⁹ angit̄. et ad ſco le ferulā qui ducit. puero ſuo ꝑus mater blandit̄ Quo audito illū abire permiſit.

¶ Contra eos qui coitu ad delectacionē vtuntur.

¶ De paſſere et turture ¶ Ca. xx.

Libidinoſum paſſerem immoderatiſſimo coitu ſe fundentez turtur proſpiciens. mox ad eum venit et dixit Vt quid frater mi tanto libidinoſo impetu. et libidinis impetuoſo furore conſūmeris. et tui prodigus tam temetipſum effundis An ignoras ꝙ animalia multum coeuntia. parum viuant Parce tibi et quieſce. et cuncta cum moderatione age Cui ille reſpōdit Nempe ſi noſti delectacioēz venereaz. quid miraris Dulcis eſt et trahit vt ad hamuz et morſus guſtatus ſuauiter rapit morſuz Ad hec turtur intelligens immoderationis eius delectationem eſſe radicez ſubiunxit Scio certe ſcio ꝙ generationis amore non duceris ſed delectacōis venerie rapidie vētilāis Attamē quid eſt qḋ effūdis Nōne digeſtiſſima medulla. nōne vite admirabil' ſemētina ꝓpagātis nature. radicalis carnis ſubſtātia Et diuitiarum gignīt virtutis theſauraria vena

Attende igitur quid prodigus deſtruis:
quid inſanus diſpergis· quid ingratus in
nichil proicis et tu iniquus depoſitarius
nature vnitati impēdis Nimirū ſubmer
ſor es ordinis mūdialis· et naturalis le=
gis tranſgreſſor Mundi eni ordo et lex
nature hoc habz· vt tantū nature delec
tatio dirigatur in prolem Tu autez per
empta et neglecta prole· retortor per=
uerſitatis· in delectacōez vmbraliter trā
ſitiuam prolificum ſemen fundis Quid
plura! Stultiſſimus quippe eſt· qui delec
tabilit̃ deſtruit et tanto dementius q̃nto
letalius q̇ ſe pdit Et hijs digeſtis q̇euit

¶ Speculum Sapientie Beati Cirilli
epiſcopi al's Quadripartitus Apologi
eticus vocatus In cuius quidem prouer
bijs· omnis et totius ſapientie Speculū
claret Finit feliciter·

¶ Incipit tabula prouerbiorū toti=
us libri· et primo primi

i ¶ Semper diſce et in extremis horis ſē
per ſapientie ſtude Folio i·
ij· ¶ Nichil ſibi hō eſt ſine ſapiētia Fo· iij·

iij. ¶ Prudentia vera eſt q̄ ſimplicitatis innocencitia decoratur fo. iiij.
iiij ¶ De melioribus rebus eſt vti pro-uidentia. qua ſuo loco et tempore cuncta queras et facias fo. v.
v. ¶ Donec mortalis es time vbiq3 et ſemper fo. vij.
vi. ¶ Vide pedem cui tribuas. et in ſecu-rioribus dubita fo. viij.
vij ¶ Semper cum tuto onere et ſuaui ꝓ tectōis iugo paſſibilis pge fo. ix.
viij ¶ Tue ſpei anchoram in bonis perpe tuis tantum fige fo. x.
ix. ¶ Eterna duntaxat dilige et nūq̄ dolebis fo. xi.
x. ¶ Vbi ml'ta ſunt cōſilia ibi ſal⁹ fo. xij.
xi. ¶ Diligentiori rumniacōne omnia di geras priuſq̄ agas fo. xiiij.
xij. ¶ In omnibus ordinata grauitate ꝓ cede fo. xv.
xiij ¶ Ad audiendum velox. ad credendū ſis tardus fo. xvi.
xiiij. ¶ Quietem mentis dilige et ocium fuge fo. xviij.
xv ¶ Doctus loq̄re. et cuſtodiā adhibe lingue Sis auarus verbi fo. xix.

xvi. ¶Dic voce tenui. et age rem actu grandi fo.xx.
xvij. Glorioſa eſt proſperitas moderata fo.xxi.
xviij. Nem'nem ſpernas. ſed vnicuiqȝ debitum honorē impendas fo.xxij.
xix ¶Eſto amicus cunctis. intimus paucis. fideliſſimus vniuerſis fo.xxiij.
xx. ¶Vni electiſſimo tantuȝ cum neceſſe fuerit pectus crede fo.xxv.
xxi. ¶Omneȝ aduerſitatē vt vincas. pacientie te vallet mag̃nitas fo.xxv.
xxij ¶Magis ſemper partem miſericordie teneas fo.xxvij.
xxiij. Si quēq̃ offenderis paueſce ſemper huiuſmodi fo.xxviij.
xxiiij. Cum electo ſocio proficiſcaris aut conuerſeris fo.xxix
xxv. ¶In cunctis eſto cōpoſitus fo.xxx.
xxvi ¶In bonis ſumma conſtantia te cōfirmet fo.xxxi.
xxvij ¶In bono nomie virtutum tetragonum ſemper fige fo.xxxij.

¶Incipiunt capitula tercij libri

¶ Incipiunt capitula ſecundi librī de hiis q̄ ſunt cōtra ſupbiā Fo. xxxiij
i. ¶ De bono humilitatis et malo ſuperbie Fo. xxxiij.
ij. ¶ Contra eos qui ſupbire incipiētes inflantur Fo. xxxiiij.
iij. ¶ Contra eos qui dignificant ſe maximis Fo. xxxv.
iiij. ¶ Contra preſumptuoſos Fo. xxxvij.
v. ¶ Contra audaces Fo. xxxviij.
vi. ¶ Contra ſuperbos qui volunt equiparari deo Fo. xxxix.
vij. ¶ Cōtra appetitū ſinglaritatis Fo. xl.
viij ¶ Cōtra appetitū pricipalitatis Fo. xli
ix. ¶ Contra appetitum ſuperbe libertatis Fo. xlij.
x. ¶ Cōtra appetitū dominacōis Fo. xliij.
xi. ¶ Contra appetitū digtatis Fo. xliiij.
xij. ¶ Contra appetitum mundane celſitudinis Fo. xlvi.
xiij ¶ Contra eos qui adepti magnipendunt magna et alta Fo. xlvij.
xiiij ¶ Contra eos qui cito adepti rapidā altitudinem gloriantur ſpernentes humiles Fo. xlviij.
xv. ¶ Contra tumētes ex ſciētia Fo. xlix.

xvi. Cōtra arrogātes ex eloq̄ntia Fo.l.
xvii Contra ſupbiētes ex amicoꝝ mul=
titudie q̇bus ámanť in malū Fo.li.
xviii. Cōtra ſupbiētes ex robore Fo.lii.
xix. Contra ſuperbientes ex progeni=
torum nobilitate Fo.liiii.
xx. Contra eos qui ſuperbiunt ex di=
uicijs Fo.liiii.
xxi Contra vaniglorioſos volentes ap
parere Fo.lv.
xxii. Contra eos qui gaudent tantum vi
deri cum non ſint Fo.lvii.
xxiii. Contra apparentes et contrarium
exiſtentes Fo.lviii.
xxiiii. Contra pompoſos ex magnitudine
gratiarum Fo.lix.
xxv. Contra eos qui gloriantur ex car=
nis ſpecie Fo.lx.
xxvi. Contra eos qui gloriātur in vocis
claritate Fo.lxi.
xxvii. Contra eos qui appetunt adulacō
ne laudari Fo.lxii.
xxviii. Contra eos qui commendant ſeip
ſos Fo.lxiii.
xxix. Contra inuidos Fo.lxiiii.
xxx. Contra infamatores Fo.lxvi.
Incipiunt capitula tercij libri

de hijs que ſunt contra auarici
am Fo·lxvij·

i· ❡Contra cupientes mundanas di=
uicias Fo·lxvij·
ij· ❡Quod cupidi terrenorum ſunt ce=
ci Fo·lxviij·
iij· ❡Quod cupidi quantumcunqȝ habe=
ant ſunt pauperes Fo·lxix·
iiij ❡Contra eos qui non ſunt contenti
cum ſatis habeant Fo·lxxi·
v· ❡De malis que vtplurimum acci=
dunt ex diuicijs Fo·lxxiij·
vi· ❡Contra eos q̄ cuȝ dolore diuicijs p
ditis adhuc laborāt ditari Fo·lxxv·
vij ❡Contra eos qui ex diuicijs acq̄ſitis
ſe putant eſſe felices Fo·lxxvi·
viij· De cauſa et cura inſaciabilis aua=
ricie Fo·lxxviij·
ix· ❡Quod melius ſit minꝰ egere q̄ ma
gis habere Fo·lxxx·
x· ❡Que ſunt vere diuicie Fo·lxxxi·
xi· Vbi ſit curandū ditari Fo·lxxxiij·
xij· ❡Contra eos qui libent̄ recipiūt mu
nera Fo·lxxxiiij·

xiij. ¶Contra eos qui capiendo feſtināt ditari et letantur quantotius ſe diuites eſſe factos fo.lxxxvij.

xiiij. ¶Contra eos q̄ ſe raptis diuicijs plenos eſſe gaudent fo.lxxxviij.

xv. ¶Contra eos qui labóare obmittūt et ſtudēt de rapinis viuē fo.lxxxix.

xvi. ¶Contra eos qui vt ſplendide viuāt rapine dant operam fo.xc.

xvij. ¶Contra fures q̄ pluries ibi ap̄phendunt̄ vbi laté crediderīt fo.xci.

xviij. ¶Prouerbiū oſtenſiuū differentie q̄ eſt int̄ auarꝫ et liberalē fo.xcij.

xix. ¶Prouerbium oſtenſiuum ꝙ liberalis dat gratis fo.xciij.

xx. ¶Prouerbium ꝙ liberalis dato beneficio non improperat exigendo laudem fo.xciiij.

xxi. ¶Prouerbium ꝙ liberalis omnibus quibus poteſt donat fo.xcv.

xxij. ¶Prouerbiuꝫ ꝙ liberalis granditer donat fo.xcvi.

xxiij ¶Prouerbium ꝙ liberalis beneficiū debet eſſe perpetuum fo.xcvij.

xxiiij ¶Prouerbium ꝙ liberalis velox eſt ad dandum fo.xcviij.

xxv. Prouerbium q̄ liberalis hilariter donat Fo.xcviij.
xxvi. Prouerbium contra iniquitatem ingratitudinis Fo.xcix.
xxvij. Prouerbiū de ꝓꝓ̄etate ꝗti Fo.c.

Incipiunt capitula quarti libri de hijs que ſunt cōtra luxuriā Fo.cij.
i. Prouerbium contra immundicie amatores Fo.cij.
ij. Contra amatores deliciaꝝ Fo.ciij.
iij. Prouēbiū de malo deliciaꝝ Fo.ciiij.
iiij. Prouerbium q̄ ſapiens debet eſſe temperatus in vbertate. nec gule ſeruire Fo.cv.
v. Prouᵐ ꝯtra amatōes vini Fo.cvij.
vi. Prouerbiuꝫ contra amatores pinguium Fo.cviij.
vij. Prouerbium contra amatores carnalis pulchritudinis Fo.cix.
viij. Prouerbium ad commendacōnem caſtitatis Fo.cx.
ix. Prouēbiū ad laudē v̄gitatis Fo.cxij.
x. Prouerbium contra amatores venereorum Fo.cxiij.

xi. Prouerbiuz contra eos qui coitu ad delectationem vtuntur fo. cxiiij.

Explicit tabula ſeu repertoriū ca
pitulorum apologetici quadripā
titi Cirilli ſiue ſpeculi ſapientie.

Apologus eſt ſermo dubius vel fic
tus de brutis animalibus ad inſtructio=
nem vite humane formatus Et dicit̄ ab
apos quod eſt longū et logos qđ eſt ſer
mo. quaſi ſermo longꝰ a rei veritate Vel
dicitur ab ap quod eſt ſine et pos quod
eſt pes et logos qđ eſt ſermo quaſi ſer=
mo ſine pede id eſt ſine fundamēto Vel
dicitur a pos qđ eſt ſub et logos qđ eſt
ſermo. quaſi ſub vero ſermone diuerſus
intellectus. Vel dicitur a pos q̊d eſt iux
ta et logos qđ eſt ſmo Inde apologꝰ
quaſi iuxta ſermonē aut fictus ſermo.;.

Quicquid fecerit alij ſis memor ipſe tui
Mors tua. mōs xp̄i. finis mūdi. gl'a celi
Et pena tartari. ſint meditanda tibi
Quicq̄d homo ſerit p̄ſentis tēpore vite
Hoc ſibi meſſis erit. cū dicit̄ Ite. venite

Inc. 1303